F. SYLVII AM-
ANI IN ORATIONEM M.T.CI-
onis pro Milone cõmentarii, recogniti & aucti:
Præpoſito de arte dicendi in genere iudi-
ciali Compendio.



Væneunt Iodoco Badio Aſcenſio.
Cum priuilegio.

REVERENDISsimo Domino Ioanni Aurelianorum Episcopo, & Tolosanorum Archiepiscopo Franciscus Syluius S.



Enophō is cuius ore Musas esse locutas Cicero scripsit, prudētis esse viri dicebat, etiā ex inimicis vtilitatē capere. Vix vllus nobis cōtingere potest inimicus aduersa fortuna grauior: quę, nisi ad sistat, nunq̄ vna est. Ex ea cepisse se vtilitatē Cicero testatus est. quū enim Caesaris vnius dominatu oīa tenerētur, nec esset vsq̄ Senatoriis aut forēsibus literis loc⁹, in his maximis malis illud se boni dicit assecutū, vt ea de Philosophia literis mādaret, q̄ cognitiōe essent dignissima. Ex inimica fortuna vt caperē vtilitatē, mihi aliqua ex parte imitādus Cicero fuit: nam quū saeua quędā pestis sub finē mensis Octobris viciniā nostrā inuasisset, coactus sum intermittere Quintiliani atq; Orationū Ciceronis enarrationē, quā ad iuuentutis nostrae vtilitatē susceperā. Haec autē pestis quo saeuior fuit, eo minus morata est. Sed quis eius perfidię credat? quae plerunq; abire simulans, ac parumper tanq̄ Graeci illi in Tenedo, se occultās, improuisa adest, saeuitq; multo furentius. Nihil igitur ei confisus nostrae iuuentuti, ne nihil prodessem, Cōmentarios in Milonianā, quantum intermittebā, scripsi: quibus cōpendiū quoddā de arte dicēdi in Iudiciali genere adiunxi. Sed in his Cōmētariis multa omitto, quae ab Asconio Paediano scripta sunt, ne iisdē de rebus quod iterū scriptū sit, parū sit gratū lectori. Hęc autē nostra nomini tuo faustissimo Pręsul amplissime nūcupo. Quę etsi isti tuę ętati atq; authoritati parū apta sunt, nōnihil tamē fortasse iuuabit, quū min⁹ tibi erit negocii, repetere eaq̄ ī scholis adolescēs tractabas studiosissime. Aut si nihil oīno tibi apta videbunt, ea Frācisco Aurelio fratris tui filio quē adhuc puerū literis bonis curas īstituēdū, dabis: vt faciūt ii qui liberos suos quos ī scholis legerint, ꝓpinquis, q adhuc ī scholis versant, reliquūt: quos eo noīe scholastici multo pluris faciūt. Aut demū si nostra vobis min⁹ ac spero grata fuerint, nō dubito, quin gratissima futura sit oratio ipsa, emissa cura nostra castigatior. Quā Quintil. pulcherrimā atq; nobilissimā appellat: in qua tantū artificii est, vt ea saepius laudet citetq; idem Quintilianus nullā. Accipe igitur quae nomine tuo ad communem iuuentutis vtilitatem edimus. & bene vale.

¶INDEX in Commentarios F. Syluij in orationē Ciceronis pro Milone, ordine literario.

FINIS.

F. SYLVII DE ARTE DICENDI IN genere Iudiciali Compendium.



Artes oratiõis Iudicialis quinq; esse, qui de dicẽdi ratione scripserũt, maiore ex parte tradiderũt: procemiũ, narrationẽ, cõfirmationẽ, refutationẽ, cõclusionẽ. Vt has oẽs partes in vnã orationẽ ingredi necesse nõ est, ita ab accusatore & a patrono diuerso modo tractari solẽt. In primis vidẽd⁹ est vtrisq; stat⁹ causæ, quo oĩa tãq̃ telũ ad scopũ dirigi solẽt. Vterq; procemio vtit̃, sed in eo patroni q̃ accusatoris maior esse diligẽtia debet: quia sensim placãdi iudicum animi sunt, qui aduersus reũ accusatoris oratiõe cõmoti sunt. Si quã opinionẽ domo attulisse Iudices ipsi videtur, eã si ꝑ nobis sit, augeri: si cõtra nos, mutari aut certe extenuari oportet. Si e re præsenti nascat̃ procemiũ, id multo fit vtilins. Hac enĩ ratiõe oratio præmeditata præparataq; nõ videbit̃: ideoq; nec artificiosa. Huius enĩ modi ꝑparatiões & artificiosę Iudicib⁹ nõ parũ suspectę sunt: quippe quas putẽt Iudices ad fallendũ iudiciũ suũ cõpositas. Ideoq; illud in pręceptis est, Sũmã illã dicẽdi artẽ esse, vt quũ artificiosa oro sit, ars ipsa ne appareat. Cõmode igitur Cicero pro Milone exorsus est ab armatis ꝑsidiisq̃ a Cn. Põpeio Cos. circũ forũ disposita erãt, ꝙ in causis aliis fieri nõ solebat. Narrabit accusator tantũ, si status causę cõiecturalis sit. Nam qui negat factũ, quid narrabit? De genetali narra-

Narratio tione dico, nam speciali vterq; vti potest: suntq; nõnunq̃ multę speciales narrationes, in oratione: vt pro A. Cluẽtio. Si status causæ, vt finitionis aut qualitatis, vt accusatori, ita patrono licet narrare. Sed ea vterq; commode quantũ ad causam suã pertinebit vtetur: sed eo modo, vt quicquid dicatur, eo tendat, vbi controuersia sit. In Milonis causa Cicero docete contẽdit, P. Clodiũ Miloni fecisse insidias, cum Clodiũ ciuem reip. perniciosum fuisse: ideoq; quamuis insidias non fecisset, occidi eũ e rep. fuisse. Ad hęc duo tẽdũt oĩa, quę ĩ narratione dicũt̃ a Cicerõe, vbi amplificat quę ad se ꝑtinẽt, extenuatq; ea quę alioq̃ ꝑ aduersario stare viderẽt̃. Hęc aũt rerũ nostrarũ amplificatio & aduersarii extenuatio etiã in reliqs partib⁹ orõnis faciẽda est. ¶Quũ in reliquis partib⁹ orationis, tũ vel maxime ĩ narratione cauendũ est, ne quid dicam⁹ quod aduersario nostro prosit, ne quid

quod causæ nostrę noceat. Inde igit narrare icipias, vnde res ad cau sa ptinere videbit. Ibi desinas, vbi qd i cõtrouersia sit dixeris. Ibiq admoneas Iudices, id esse de quo sentẽtia pnũciãda sit, quo ipsi fiãt ad audiẽda reliqua attentiores. In causa Milonis illud pcipuũ est, vt Cic. doceat Clodiũ insidiatorẽ esse, ideoq iure occisũ. Ibi narrationis finis est. Fecerũt id serui Milonis, q suos qsq seruos i tali re facere voluisset, id est qa Milonẽ Clodius p insidias adort⁹ est, Milonis serui dñi caput defẽdẽtes isidiatorẽ necauerũt. Paulo post, & ante cõfirmationẽ. Illd, inqt, in iudiciũ venit, nõ occisus ne sit, qd fatemur, sed iure an iiuria, id est an fuerit isidiaror nec ne. Nã si isidiator, iure: si nõ, iiuria. Sed qa illd quoq vult docere Cic. reip. vtile fuisse Clodiũ ciuẽ perniciosũ iterfici, i pricipio narrationis ostẽdit, quãtũ rẽp. dilacerare Clodius proposuerat, si anno pximo Prætor esset. Ex quo etiã sibi gradũ Cicero facit, vt credibili⁹ faciat Clodiũ Miloni insidiatũ. Nã illę tres sũt, aurhore Quint. virrutes narratiõis, vt sit breuis, vt sit dilucida, vt sit credibilis. Breuitatẽ re quã tractes, non verborũ aut versiculorũ nũero metiare. Quãtũ res expostulabit, plixa narratio sit. Cauẽdũ est eñ, ne dũ breuitati studes, narrationẽ nimiũ circũcidas. Ea igit breuitas sit, vbi nihil desit, sed ita, vt nihil sit superuacaneũ. Id mediũ iter tenere si nescis minus periculosũ est, si in hoc q illd icidas. Nã vt ait Quintil. supflua cũ tędio audiũt, sed necessaria sine piculo nõ subtrahunt. Qm igit narratio breuis esse debet, solet Cic. vbi narratur⁹ ẽ, polliceri fore, vt rẽ breuiter exponat. Narrationẽ dilucidã facias, si verbis neq nouis neq antiqs, sed vsitatis & cottidianis vtare. Sed magis erit dilucida, si ita narres, vt nihil iplicatũ sit, nihil iuersũ, nihil pposterũ. Permultos tã indocte, tã puerse, tã rustice etiã domestico sermone narrare audias, vt ne se ipsi qdẽ intelligere videant. Credibilis narratio q eadẽ pbabilis & verisimilis appellat, hac ratiõe fier, si personę mores cũ facto conueniẽt, si causã & rationẽ quæ ad faciẽdũ ipulit aut retraxit: si tẽpus, si locũ, si modũ quo res ipsa gesta sit ita narrabim⁹, vt ad rẽ nostrã pertineat. Has tres virtutes in narratione pro Milone facile inuenias. Cõfirmatio.

Cõfirmatio est rei ei⁹ in qua pcipua litis cõtrouersia est, pbatio. Vt in causa Milonis Cicero pbare nitit Clodiũ Miloni fecisse insidias. Hæc fit ptim ex his q i narratione dicta sunt, ptim ex aliis extrinsec⁹ adductis. Vt Clodiũ fecisse isidias Cicero pbat ex Clodii & Milonis comitatu, & ex Clodii dicto, q Fauonio negauit Milonẽ tri

duũ,ad summũ quatriduũ esse victurũ, quæ ante in narratione dixerat. Probat p̃terea ꝙ Clodio Milonis mors vtilis fuisset, Clodii cædes Miloni nocuerit: ꝙ alias sæpe Clodius, nunq̃ Milo vim fecerit: ꝙ impunitatẽ Clodius sperauerit, ꝙ nihil sibi cõscius Milo postridie q̃ Clodius cæsus est Romam redierit: aliaq; multa ratione vtiĩ, quæ in narratione dicta nõ est. Oportet ea faciam⁹ probalia, quibus confirmamus ea quę incerta sunt. Qua ratione probabilia facere possim⁹, antea diximus, Cõfirmationis ille vsus sit, vt quæ potẽtia sunt, in principio: quæ infirma & imbecilla in medio: quæ potentissima in fine collocemus. Vt pro Milone potẽtia illa sunt, Cui bono fuerit, & Clodiũ vim sępe nũq̃ Milonẽ fecisse, spes impunitatis: Illa leuiora ꝙ turbulentas cõciones Clodius reliquerit, ꝙ ante fundũ suũ insidias collocarit, ꝙ Clodio Milonẽ approperare nũciatũ sit: Illud potẽtissimũ, ꝙ postridie q̃ cæsus Clodius est, Milo bona consciẽtia subnixus Romã redierit, ꝙ se po. Ro. Senatui, p̃sidiis armatis, Cn. ꝙ Põpeio, cui rẽp. Senatus cõmiserat tradidit: ꝙ fictũ de se Clodianorũ & vulgi rumorẽ cõtẽpserit. Cõfirmatione generali patronus nõ vtiĩ si status coniecturalis sit. Nã qui nihil narrat, nihil cõfirmare necesse habet. Speciales nõnũq̃ sũt cõfirmatiões, sed hę orationis ptes nõ sũt.

¶Refutatio est eorũ quæ ab accusatore in confirmatione dicta sunt improbatio. Ideoq; refutatio patroni est nõ accusatoris. Illud ridiculũ esse Quintil. dicit, vt acccusator proponat sibi quæ patronus possit dicere, vt ea refutet. In refutatione illud optimũ est, si in aduersarium retorquere possim⁹ id quod in nos ipse dixerit. Vt Milonis accusatores eũ fecisse insidias dixerat: id in Clodiũ Cic. reiicit. A Cluẽtio corruptũ Iudiciũ accusatores dixerãt: id ab Oppianico Cluentii aduersario factũ Cicero probat. Idẽ ab accusatoribus Sex. Roscii patrẽ occisum probat: quẽ accusatores a Roscio filio occisum probare conati sunt. Nihilominus vtile est, si quod nobis obiecit aduersarius postq̃ diluerimus: idẽ aut simile ab aduersario factũ probauerimus. Id in omni orationis genere vtile est. In oratione Cic. in Sallust. quę demõstratiua est, permulta huius generis exẽpla inuenias. In refutatione, quẽadmodũ in cõfirmatione magnã vim habeat. vitæ ante actę aut nostræ, aut nostri litigatoris, aut aduersarii cõmemoratio. Vt enim credibile est, qui vitam superiorẽ turpiter egerit, eũ pniorem ad simile aliquod flagitiũ suscipiendũ esse, ita vix credi possit integræ vitę hominem vlla ratione ad improbũ facinus impelli po

tuisse. Hoc genus creberrimũ est in Cic. orationibus, P. Clodius alias sępe vim fecit: credibile est eũ Miloni fecisse insidias, vt vim faceret. Milo nunq̃ vim fecit: quis eum Clodio vim facere voluisse credat?

Quoniã igit̃ accusator Iudices quãtũ maxime potuit in reũ concitauit, eos reus habere beneuolos nõ potest, nisi prius hãc affectionẽ ex animis Iudicũ euellat. Eã ob rẽ, quum defendit quẽq̃ Cic. solet post pœmiũ & ante narrationẽ, si narratione vtat̃, refutare ea q̃ in accusatiõis cõfirmatione fuerũt potẽtissima. Quę vero reliqua sunt inter cõfirmãdũ sępius, nõnũq̃ tñ post cõfirmationẽ diluit. Eo tamen modo vt in leuissimis qbusq; desinat. Nã quę cõtra reũ esse putarãt Iudices potẽtissima, vbi ea refutari viderint, reliqua quoq; paulo negocio refutari posse arbitrant̃. Itaq; q̃d odii aduersus reũ cõceperãt, id fauore mutãt. Naturalis eñ fauor ꝑ laborãtibus est, nisi erũt digni calamitate. Quũ vero leuissima in fine refutationis ponũtur, refrigescit omnino Iudicũ animus, quẽ ira tãta accusator inflãmauerat. Tria erãt potentissima a Milonis accusatoribus dicta. Vnũ, Negabãt intueri fas esse lucẽ ei quia se hominẽ occisum fateret̃. Alterũ, Cædẽ quæ in via Appia facta sit, in qua P. Clodius occisus est, cõtra rẽpublicam factã esse Senat⁹ decreuit. Tertiũ, Cn. Põpeius Cos. legẽ tulit, vt de cæde P. Clodii quæreretur. Adiiciebãt accusatores, vt maiorem facerent Miloni inuidiam: Clodii cædẽ eo indigniorem esse, ꝙ in Appia via, quæ ab Appio Claudio strata fuerat, cuius ex genere P. Clodius originẽ ducebat, facta sit. Hæc omnia post prooemium, ante narrationem Cicero refutat. Refutationẽ reliquã admiscet cõfirmationi. Nã postq̃ Clodiũ fecisse insidias confirmauit, ꝙ ei Milonis mors bono fuisset, ꝙ alias sæpe vim fecerit, ꝙ impunitatem sperauerit, leuiorã alia quædã dicit, quibus partim confirmat sua, partim refutat aliena. Postea refutat ea quæ aduersarii dixerãt Milonem manumisisse seruos, ꝙ metueret, ne serui tormentis, quod verũ esset indicare cogerentur. Seruisq; P. Clodii ab accusatoribus cõtra Milonẽ ꝑductis credẽdũ nõ esse ostẽdit. His rebus refutatis ad cõfirmationẽ regreditur. Nã docet Milonẽ integritate cõsciẽtiæ subnixũ postridie q̃ Clodius occisus est, Romam redisse. Postea eleuat diluitq; testimonium Licinii Popę, q Milonis seruos de Põpeio interficiẽdo cõiurasse dixerat, adimitq; Põpeio malã de Milone suspicionem. In hac vero causa Milonis alia cõfirmatio est, cui refutatio nulla admixta est. Nõ enim solum Miloni Clodium fecisse insidias, sed P. quoq; Clodium necari

ẽ republica fuisse ostẽdere Cicero cõtẽdit. Id aũt cõfirmat enumerãdo vitia q̃ Clodi⁹ inceste nefarieq́ꝫ ĩ deos, in ꝓpinquos, in alienos cõmiserat, sub oculos subiiciẽdo q̃ cõmissut⁹ fuisset in Prętura nisi occisus fuisset. Additq́ꝫ (id qd potẽtissimũ est) deorũ volũtate hanc cędẽ factã esse, q tãtorũ scelerũ pœnã tãdẽ repetẽtes furiosam istã Clodio mẽtẽ iniecerũt, vt insidias fortissimo viro Miloni faceret, a quo necaret. Vt hac ratiõe diis quoq́ꝫ gratiã debere se Iudices putarẽt, ne Milonẽ ĩgrati dãnarẽt. Igit̃ si Clodiũ Milo occidisset, nõ id solũ fateret̃ sed ꝓdicaret, sed ꝓmia sibi peteret ꝙ tyrãnũ occidisset. Nihil hic refutat, qa parte priore oĩa refutauit, q̃ in Milonẽ ab aduersariis dicta fuerãt. ¶Cõclusionis tria gñ̃a scriptores artiũ tradiderũt. ꝑ enumerationẽ, ꝑ amplificationẽ, ꝑ cõmiserationẽ. Enumeratio est breuis quędã, & velut ꝑ capita eorũ q̃ dicta sũt, repetitio. Hęc in causa iudiciali rara est, nisi in partib⁹. Id em̃ plerũq́ꝫ facit Cicero, vt in ipsis partibus oratiõis, q̃ dicta sint breuiter repetat, vt in iudicũ memoriã reuocet, si qd oscitãter audiuerint. Solet etiã ꝓponere qd dictur⁹ sit nõ solũ in tota oratione, sed etiã in partib⁹. In causa Milonis post pœmiũ ꝓponit Cicero planũ se facturũ insidias a Clodio Miloni factas: dicturũ qd in Tribunatu Milo ꝓ salute reipublicę gesserit: depcaturũ vt crimẽ hoc sibi ꝓpter multa in rẽpublicã merita cõdonet̃: postulaturũ, vt Clodii cędes po. Ro. felicitati poti⁹ q̃ Milonis fortitudini assignet̃. Q̃ꝫq̃, inqt, in hac causa Iudices &c. Hęc autẽ exequit̃ ordine alio ac proposuerat. Hæc vero oratiõis toti⁹ propositio est. Sed partibus quoq́ꝫ sua propositio nõ deest. Idẽ nõ multo post priusq̃ refutet ea quę ab aduersariis dicta, visa erant potentissima, ita proposuit. Sed anteq̃, inquit, ad eam orationem veniam quæ est proprię quæstionis, videntur ea esse refutanda, quæ in Senatu sępe ab inimicis, ab improbis sæpe iactata sunt, & in concione etiam paulo ante ab accusatoribus, vt omni errore sublato rem plane quæ venit in iudiciũ, videre possitis. Hæc postq̃ Cicero refutauit, dixitq́ꝫ pauca quędam de electis Iudicibus, & de L. Domitio causæ pręposito, anteq̃ narret, eadẽ repetit, proponitq́ꝫ quę sit narraturus, & in confirmatione & refutatione dicturus. Quamobrem, inquit, Iudices vt aliquando ad causam crimenq́ꝫ veniamus, si neq́ꝫ omnis confessio facti est inusitata (hoc primum est quod refutauit) neq́ꝫ de causa quicq̃ nostra aliter ac nos vellem⁹ a Senatu iudicatum est (hoc est secundũ) & lator ipse legis, quum esset controuersia nulla facti, iuris tñ̃ disceptationẽ esse voluit.

(hoc tertiũ est)& electi Iudices,& isti præpositus quęstioni, qui hæc iuste sapiēterq; disceptet: reliquũ est Iudices vt nihil iā aliud q̄rere debeatis,nisi vter vtri insidias fecerit.Quod quo facili⁹ argumētis perspicere possitis,rē gestā vobis dũ breuiter expono,quæso diligenter attēdite.Idē in media ipsa cōfirmatione anteq̄ ex loco,vbi factę insidię sunt,vtri ad subsistendũ aptior fuerit, dicat,per capita repetit ea quibus confirmauit. Video,inquit,adhuc constare omnia Iudices &c. Huiusmodi rerũ antedictarũ complexio crebra esse solet in oratione,quēadmodũ eorũ quę dicēda sunt propositio.Ideo de vtraq; simul dicendũ putauimus. Amplificatio per orationē totā diffundi debet,sed in cōclusione præcipue vires expromere solet. Nostræ enim causæ, quod vtile est id amplificari,quod aduersum est extenuari debet.Id in cōclusione quũ fit diligēter,ipsorũ Iudicũ fauorē nobis quodāmodo cōcitamus.Postrema cōmiseratio,quæ a parte meliore appellata est,incredibile quātũ possit præcipue in cōclusione. Nā aliis quoq; partibus admiscetur,sed nusq̄ tā acres vires ostendit. Accusator ex cōmiseratione eius qui læsus est iratũ reo facit Iudicē. Patronus ex rei aut propinquorum eius calamitate Iudicē ad misericordiā flectit. Cũ hac cōmiseratione amplificatio cōmisceri solet. De vtriusq; vsu satis multa Quintilianus.Igitur accusator & patronus in cōclusione affectus Iudicũ mouere debēt maxime,illic incitādo,hic placādo.Oīa,vt ait Cicero,cōcludēda plerũq; rebus augēdis, vel inflāmando Iudice vel mitigando.Omniaq; quum superioribus orationis plerũq; locis,tum maxime extremo,ad mentes Iudicum q̄ maxime permouendas, & ad vtilitatem nostram vocandas conferenda sunt. Hic oratoris finis est.Nam satis videtur persuasisse,qui Iudicem aduersario suo iratum, vel reo propitium & misericordem reddiderit. Nihil enim restabit quo minus aut hunc absoluat, aut illum damnet. Quocirca orator quum in reliquis partibus tractandis esse debet diligens,tum in hac parte diligentissimus.

De P.Clodii cum Milone inimicitiis,deq; cæde & huius exilio.

AB re nostra mihi alienũ visum non est,si prius q̄ hanc defensionē Milonis enarrē,breuiter exponā quæ inimicitiarũ Clodii & Milonis & Cicerōis causa fuerit,quid de Clodii cæde & Milonis exilio in memoriis inuenerim. P.Clodius Pulcher ex nobilissima illa &.

antiquissima Claudiorũ familia C.Iulii Cæsaris vxorẽ(quã alii Põpeiam alii Calpurniã vocant)non inuitam amabat. Hanc Cæsaris mr̃ Aurelia mulier pudicissima ita obseruabat, vt nõ congredi solũ, sed ne colloq quidẽ cũ Clodio posset. Erat aũt mos Romę, vt quotãnis sacra Bonæ Deæ a matrõis atq a Vestalib9 ĩ domo Cõsulis fierẽt, in quę ingredi viris oĩno nefas esset. P.Clodi9 Cæsaris vxorẽ nõ obseruari tũ quũ in domo eius hæc sacra fierẽt existimãs, latẽdi spe, q̃ adolescẽs imberbis esset, muliebri veste indutus in hæc sacra furtim obscura nocte ingressus est. Depræhẽsus tãdẽ eiectus est. Hoc impio Clodii facinore postero die oĩm sermone vulgato de pollutis sacris quæstionẽ Senatus decreuit. Clodius cũ id factũ negaret, ea ipsa hora, qua id cõmissum est, C.Cassinii Scholæ testimonio ꝓbauit Interamnę se fuisse, quæ vrbs ab Roma lõge distat. Terẽtia autẽ Ciceronis vxor morosa admodũ, metuẽs ne se repudiata Cicero Clodiã Clodii sororẽ haberet vxorẽ, cũ qua ei familiaritas intercedere videbaẗ. (Nã prope Ciceronẽ Clodius in Palatio habitabat) id metuẽs, inquã, Terẽtia Ciceronẽ impulit, vt in Clodiũ testaretur. Is igitur testatus est, se cũ P. Clodio fuisse, & de re seria egisse eo ipso die quo depræhensus dicebatur. Corruptis Iudicibus P. Clodius absolutus est. Hoc fuit initiũ grauissimi illius & crudelissimi, quo Cicero & Clodius(qui ante amici fuerãt)inflãmati sunt, odii. Author est Plutarchus in vitis Cæsaris & Ciceronis. Ciceronẽ Clodius vt vlcisceretur, eũq; licẽtia maiore vexaret, Fõteio adolescẽti, qui plebei9 erat, Senatorẽ se cõtra ius adoptandũ dedit, vt ei Trib. pleb. esse liceret. Nemo eñ non plebeius Trib.pleb.fieri poterat. Factus igitur Trib. pleb. Clodius Ciceronẽ accusauit, q̃ indemnatos ciues necasset. nam de coniuratis iniussu pop.Ro. extremũ suppliciũ contra Semproniã legem sumpserat. Pro Cicerone Senatus, hominumq; viginti millia vestem mutauerunt. Eo res adducta est, vt vel depugnandum, vel Ciceroni abeundum fuerit. Ciceroni vt rem manu tentaret amici nõnulli, iidemq; viri fortes suadebant. Ipse vero qui opprimenda coniuratione Catilinæ ciues suos seruauerat, non sustinuit, vt causa sua iidem ciues cæderẽtur. Volens igitur in exilium abiit. Ciceronis exulis domũ Clodius, & Consules L.Piso, & A.Gabinius deprędati sunt atque demoliti. Ibi Libertatis templum Clodius consecrauit. Cicero mense exilii decimo, quum aliorum multorum, tum Milonis

Trib.pl.quũ Clodius abiſſet magiſtratu, incredibili totius Italię lętitia reuocatus eſt. Quia igiẽ inſano P.Clodii in Ciceronẽodio Milo reſtitit, eũq; quẽ Clodius eiecerat, in vrbẽ honorifice Milo reuocarat, hæc pręcipua Milonis & Clodii inimicitiarũ cauſa fuit. Author eſt Cicero in orationibus poſt reditũ ad Quirites,& in Senatu, pro domo ſua,de reſpõſis Aruſpicũ,pro P.Sextio. Fuit autẽ T.Annius Milo e Lanuuio municipio familia Papia.a T. Annioauo materno adoptatus,vt ait Aſconius.Id aũt odiũ ita progreſſum eſt,vt ſaxorũ lapidatione gladiiſq; ſæpe cõcertatũ ſit. Quũq; improbis multi & nefariis facinoribus rẽpub. Milonianoſq; P. Clodius vexaret, Milo emit gladiatores: quod ei fuiſſe honori Cic.ſcribit in lib. de Offic. ii. Miloni Lanuuiũ proficiſcenti Clodius Aricia rediens circa Bouillas in via Appia fit obuius. Hi q̃uis inimici forent,ſibi tamen in via ceſſere. Suũ quiſq; iter quum progreditur, quidã Milonis ſeruus Clodiũ in ceruice vulnerat. ſiue q̃ ita dominus iuſſerat, ſiue q̃ a domino inire gratiã ſperabat. Cruẽtatus Clodius in tabernã proximã a ſuis deferẽ. Ad eũ animã trahẽtẽ Milo cũ ſeruis propere venit. Diſſimulãs profiteẽ neq; eius cędẽ appetiſſe,neq; cuiq̃, vt faceret,imperaſſe. Moriẽtẽ Clodiũ Milo reliquit. Author eſt Appianus libro.ii. Verũ Aſconius ſcribit Milonẽ iuſſiſſe tabernã exturbari: Clodiũq; latẽtẽ extractũ,multiſq; vulneribus cõfoſſum eſſe, eiuſq; cadauer in via relictũ: q̃ intelligeret Milo rẽ ſibi minus eo mortuo negocii facturã,eãq; cędẽ ſibi fore voluptati, etiã ſi pœna ſubeũda eſſet. Circa centeſimũ,q̃ cædes facta eſt,diẽ,Milo de vi accuſatus eſt, q̃ Clodiũ occidiſſet. Eũ in foro Cic. defẽdit: qui Clodianorũ clamore exceptus nõ obtinuit. Huic de ſe iudicio Milo affuit magno aĩo, iſq; nec comã,nec veſtẽ de reorũ more mutauit. Quã ob cauſam Iudices in ſe nõ parũ cõmouit,vt ait Plutarchus in vita Ciceronis. Hũc reũ non magis inuidia facti,q̃ Põpeii volũtas dãnauit: quẽ quidẽ M.Cato lata palã ſentẽtia abſoluit. Is ſi maturius tuliſſet,nõ defuiſſent, q̃ ſecuti ipſius exẽplũ,pbaſſent eũ ciuẽ occiſum,quo nemo pniciosior reip. neq; bonis inimicior vixerat. Author eſt Velleius Paterculus. In exilio fuit perpetuo. de vi eñ dãnati nõ reſtituebanẽ, vt ait Cic. in oratione p P.Seſtio. De Milone a M. Cælio Ruffo in Italiã euocato tẽpore ciuilis belli Cæſaris & Põpeii: deq; eius cæde, quæ a Q.Pędio Prætore facta eſt, Coſam in agro Turino defenſante, quã Milo ipſe obſidebat, C. Cæſar lib. Commẽtariorum de bello ciuili.iii. ſcribit.

F. Syluii Ambiani in M. Tullii Ciceronis pro T. Annio Milone orationem, Argumentum.

P. Clodius & T. Annius Milo grauissimas inter se gesserunt inimicitias. Clodius reuertens Romam factus obuius Miloni est Lanuuium proficiscenti. Fortuita inter eos pugna exoritur: Clodius a seruis Milonis necatur. Centesimo & altero die post Clodii cædem Milo ab Appio Clodio adolescente accusatur, q̄ Clodio insidias fecerit. Cicerro Milonem defendens a Clodio factas insidias non a Milone, fuisseq; vtile reipublicæ vt Clodius homo perniciosus necaretur ostendit hac oratione. Cuius

Argumentum est.

P. Clodius perebat Præturā anno eo quo Milo Consulatum. is nō posse se rempublicā Milone Cos. vt statuerat, vexare videbat: itaq; omnem operam dabat, ne Milo Cos. eo anno esset, quum nihil proficere se sentiret, necare Milonem constituit. Ei igitur Lanuuium proficiscenti, quo iter ei necessarium erat, in via Appia Clodius ad prędium suum Albanum insidias fecit, Milonem venientem aggressus ab eius seruis occisus est. a Clodio Miloni, non contra a Milone Clodio factas insidias probat: primum, q̄ Milonis mors Clodio fuisset permagno emolumento. is enim Prætor Consulem non habuisset, qui furiosis eius in rempublicam conatibus obstitisset. Clodii mors Miloni incommodum attulit maximum. nam is de certissima spe Consulatus cęde Clodii decidit. Deinde quod Milonis odio Clodi⁹ flagrauerit, Clodium Milo non oderit, nisi odio ciuili quo improbos omnes odimus. Tum quod nihil vnquam per vim Milo fecerit, quū ei sæpe oblata esset iusta occasio. Clodius autem per vim plurima iniuste fecerit. Tum quod impunitatem sibi Clodius proposuerit, quā in maleficiis aliis innumerabilibus assecutus fuerat: nullā autē Milo sperauerit, qui etiā præclari huius & necessarii facti reus factus est. Tum quod Clodius Milonē triduo ad summū, quatriduo periturum dixit: is eñ tum in via fore Milonē sciuit, q̄uis in via Clodium esse Milo nesciret. Præterea C. Cassinii & C. Clodii dicentiū Clodiū in Albano mā̄surum fuisse, nisi de Cyri morte audisset, testimonia pro Milone probat esse, q̄uis is qui dicitur Cyri mortē nunciasse, non id

nunciarit,sed Milonem appropinquare.Ostendit nullā causam Clodio fuisse,vt Romam properaret,vt se in noctē coniiceret,nisi de insidiis cogitasset.Si facere insidias Milo voluisset,opportuniore loco, id est ad Basilii monumētū fecisset,quo in loco si Clodius occisus fuisset,ad Milonem cędis nulla suspitio peruenisset.Ostendit locum insidiarum Clodio q̄ Miloni cōmodiorem fuisse:& expeditum Clodiū, Milonem impeditum fuisse.Addit causam cur insidiator Clodius occisus sit.Seruos a Milone iure manumissos esse docet,ꝙ salutē domini tutati fuerant.Seruis Clodii,de quibus habita quęstio est,fidē derogat.Nulla conscientia Milo territus occiso Clodio Romam reuersus est,seq; populo Ro.Senatui,publicis pręsidiis,& Pompeio Cos.tradidit,quod nunq̄ fecisset,nisi causę suę confideret.Idem neglexit quæ de se vulgo circunferebant,arma diuersis in locis disposita ad patrię euersionem.Eludit Cicero ꝙ Licinius Popa dixerat seruos Milonis apud se confessos esse,se de interficiēdo Pompeio cōiurasse,adimitq; Pompeio metum quum eum Milo pręter cęteros diligat.

Insidias a Clodio factas si non diluisset Cicero,Miloni tamē liceret gloriose pręedicare hominē nefarium a se occisum,qui nefarie multa publice priuatimq; fecisset,& plura facturus erat,nisi e medio sublat⁹ esset.Et certe gloriose cōfiteretur Milo,si Clodiū occidisset.Itaq; de pręmio eius,non de pœna cogitandū esset,nisi ingrata ciuitas esset. Deorum immortalium voluntate factum dicit,vt fortissimū virum Milonē Clodius ferro lacesseret,cuius a seruis necatus nefarię suę impietatis pœnas expenderet.In cōclusione orat Iudices Milone repugnante, vt Miloni misericordiā tribuant.Affectus mouet ꝙ Milonē præclari facti nō pœniteat,etiam si ingratam ciuitatē habiturus sit. Id autem si accidet,æquo animo exilium toleraturus est.Mouet etiā a dolore suo si Milo dānatus e patria eiiciatur,in quā per Milonē ipse reuocatus sit.In procemio dicit pręsidia armata a Cn.pompeio Cos. pro tēplis omnibus prope forū disposita,nō esse contra Milonem,sed ad reprimēdos Clodianorū furores,quo defensio & Iudicū pronūciatio liberior sit.Qua ratione iudicibus metū adimit.Ante narrationem refutat tria,quę visa sunt in accusatione potētissima.Vnū,non licere hominem occidi,quod qui fecerit vita indignum esse.Alterum,cędem Clodii contra remp.factam esse a Senatu iudicatā.Tertium,Cn.Pompeium lata lege & de re & de causa iudicasse.

Oratio hæc iudicialis est. Status est qualitatis. Nam Clodium iure occisum esse Cicero contendit primum, quod insidiatus Miloni sit: deinde, quod ciuis perniciosus fuerit, reique publicæ eum e medio tolli conduxerit.

Hæc Ciceronis oratio ea non est, qua in foro Milonem defendit. Clodio enim occiso T. Munatius Plancus, Q. Pompeius Rufus, & C. Sallustius multis concionibus Ciceroni, sed Miloni præcipue inuidiam fecerunt. Pridie autem quam hæc ageretur causa, Munatius pro concione, vt Asconius ait, populum adhortatus est, vti Milonem absolui ne pateretur. Postridie igitur tabernis in vrbe tota clausis populus frequentia permagna ad forum contendit. Quum Cicero Milonem defendere cœpisset, Clodianorum acclamatione exceptus turbatusque ea constantia Milonem qua alios non defendit. Tantum enim odium ante conceptum valet, vt authore Laertio in vita Socratis, Iudices quoque Platonem audire noluerint, quum Socratem defensurus in suggestum ascendisset. Exceptam tamen Ciceronis orationem Asconius tradit. Nam aliquot annis ante Clodii cædem M. Cicero Consul, quum de coniuratorum pœna, qui in custodia erant, in curia deliberaretur, velocissimos scriptores disposuit, eosque docuit, vt per signa quædam & paruas breuesque notas multarum literarum vim habentes dicta colligerent. Nondum enim reperti erant ii qui notarii & graphiarii appellantur: sed tunc primum huius rei ferunt extitisse vestigium. Qua ratione seruatam ferunt M. Catonis orationem. Author est Plutarchus in eiusdem Catonis vita. Eadem ratione excepta est Ciceronis defensio. Hanc, de qua loquimur, Ciceronis orationem Quintiliani tempore extitisse constat. Eam enim lib. iiii. appellat oratiunculam: fuisseque Ciceroni necesse dicit, vt in ea vteretur digressione. Postea vero hanc scripsit. Solebat enim scribere orationes postquam orauerat: sed hanc ita perfecte scripsit, vt iure prima authore Asconio haberi possit. Eandem orationum Ciceronis pulcherrimam Quintilianus lib. iiii. & lib. xi. nobilissimam appellat. Annio Miloni Massiliæ exulanti hanc Ciceronis orationem quum quidam recitasset: tum ille, Si sic egisses, inquit, M. Tulli, Milo non esitaret Massiliæ barbatos pisces. Author est Hermolaus Barbarus.

Orationis pro Milone laus.

Milonis exilium.

PRO T. ANNIO MILONE, M. TVLLII CICERONIS ORATIO.



T si vereor Iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipiẽtem, timere: minimeq; deceat, cum T. Annius Milo ipse magis de reipub. salute q̃ de sua perturbetur, me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse: tamen hæc noui iudicii noua forma terret oculos, qui quocunq; inciderint, veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum*requirunt.

*minime videntur

Francisci Syluij in eandem Commentarij.

ETsi vereor.) Quum agenda Milonis causa esset die centesimo post Clodij mortem, Cn. Pompeius Cos. cui Senatusconsulto mandatũ erat, vt videret, ne quid resp. detrimenti caperet, habito militum delectu ex tota Italia in foro & circa omnes fori aditus præsidia disposuit: ipse ad ærarium, quod foro proximum erat, delecta manu militum stipatus consedit. Hæc autem præsidia vulgò putabantur comparata cõtra Milonem, q̄ eum Cn. Pompeius metuere putabatur. eum enim Cn. Pompeio valde suspectum Munatius fecerat, quem se metuere Pompeius multis modis significabat. Hoc igitur procemio M. Cicero & se & Iudices metu liberat, q̄ disposita ibi præsidia sint, vt causam liberius agat, & Iudices sententiã ferant. Iudicũ beneuolentiam conciliat, q̄ de ciue optimo & bene de rep. merito cõtra perditissimorũ hoĩm audaciã iudicaturi sint. Hoc autem exordium e re quę ablata est artificiose sumitur, ne videatur oratio præmeditata. Præmeditatæ enim orationes Iudicibus admodum suspectæ sunt, q̄ eas putent ad circunueniendum suum iudicium præparatas. Idem fecit in oratione pro M. Cœlio, q̄ sola ea causa festis diebus & ludis publicis, quum reliquæ causæ intermissæ essent, ageretur. Harum etiam duarum orationum exordijs adimit Cicero Iudicibus opinionem, quam contra reos domo attulisse videbantur. Quintil. lib. iiij. de exordio scribens, Detrahenda, inquit, vel confirmãda opinio, si quã præcipue domo videbitur Iudex attulisse. Metus etiam nonnunq̃ amouendus, vt Cicero pro Milone, ne arma Pompeij disposita contra se putarent, laborauit. Hæc autem præsidia disponi in foro & circa forum M. Cælius & Milo a Domitio Quæsitore petierũt. Pompeius Domitio promisit se postero die cum præsidio descensurum, idq; fe-

Exordiũ e re sumptũ

oit,vt scribit Asconius.L. Cornelius Balbus:id præsidium Ciceronem a Pompeio petisse scribit in epistola quadam ad Ciceronem, quæ est in lib . ix . Epistolarum ad Atticum. ¶ Etsi vereor.) Hoc est,quamuis turpe mihi esse putarem,si timerem,quum incipio dicere pro viro fortissimo,qui ipse sibi nihil timeat : tamen non possum non timere,quum nouam hanc fori præsidio muniti formam video.Vt hoc exemplo videas quo sint modo reliqua quoq; pronuncianda,id quod tradit Quintil.lib. xj. de ratione pronunciandi scribens,huc ascripsisse ne pœniteat.Illud in pronunciando esse maximum docet , vt secũdum rationem rerum de quibus dicimus animorũq; habitus vox ipsa conformetur:ne ab oratione discrepet.vt in principio orationis pro Milone, E.si vereor Iudices,ne turpe sit pro viro fortissimo dicere incipientem timere.Hoc contracta voce & submissa dicitur,quia exordium est,& soliciti Ciceronis exordium. Necesse tamen fuerit pleniore voce & rectiore pronunciare illud,pro fortissimo viro, q̃ illa reliqua,& si vereor,& turpe sit,& timere.Secunda hęc respiratio est.Minimeq; deceat,quũ T. Annius ipse magis de reip.salute q̃ de sua perturbetur.Hæc respiratio (clausulã vulgus appellaret)tẽperato quodam & naturali conatu increscat oportet : quo conatu minus pauide dicimus quæ sequũtur,& quo Milonis magnitudo animi ostenditur.Tertio quasi obiurgatio sui est,Me ad eius causam parem animi magnitudinẽ afferre non posse.Quarto illud vt inuidiosius dicendum,Tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos.Quinto illa iam pene apertis,vt aiunt,tibijs pronuncianda,Qui quocunq; inciderint,veterem consuetudinem fori & pristinum morem iudiciorum requirunt. Quod vero sequitur latum atq; effusum est, Nõ enim corona consessus vester cinctus est,vt solebat.Vides igitur secũdum materiam de qua dicimus & animi affectum, vocem esse conformandam . Turpe esset enim si vox a materia & ab animo discreparet. Oportet igitur concordia sit inter rem,animum,& vocem. Pro fortissimo viro).i.Milone.Fortem in laude,audacem in vitio dicere solet.Is enim fortis est qui pericula nulla pro reip.vtilitate recusat. Animi magnitudinem & animi altitudinem pro fortitudine solet dicere.magnanimitatem ab eo dictam vix inuenias. Noui iudicij).i.insolentis.Alias enim præsidia in foro collocata fuisse accepimus,vt quum P. Clodius accusaretur,q; sacra Bonę Deæ violasset.Is liberatus non caruit suspitione iudicij corrupti. Authore Plutarcho in vita Ciceronis,Catulus factus obuiam Iudicibus,Rectissime,inquit, Iudices,præsidium postulastis, metuentes scilicet, ne quis vobis argentum abriperet. Minime vident) sic quidam legunt.In alijs codicibus est scriptum , requirunt,non minime vident,& ita legit Quintil.lib.xj.in loco eo quem nuper citauimus. Id si magis probas,expone requirunt.i.desiderant.i.minime vident,sed videre cupiũt.

Pronunciãdi ratio.

Fortis. Audax. Magnitudo,& altitudo animi.

Non enim corona consessus vester cinctus est,vt solebat: nõ vsitata frequentia stipati sumus. Nam illa præsidia quæ pro templis omnibus cernitis, etsi contra vim collata sunt, non afferunt tamen oratori aliquid, vt in foro,& in iudicio: quãq̃ præsidiis salutaribus & necessariis septi sumus,tamen

ne non timere quidem sine aliquo timore possimus. Quę si opposita Miloni putarem, cederem tempori Iudices, nec inter tantam vim armorum existimarem oratori locum esse. Sed me recreat, & reficit Cn. Pompeii sapientissimi & iustissimi viri cōsilium: qui profecto nec iustitię suę putaret esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere: nec sapientię temeritatem concitatę multitudinis authoritate publica armare. Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis denunciant, sed præsidium: neq; solū vt quieto, sed etiam vt magno animo simus hortantur: neq; auxilium modo defensioni meæ, verū etiam silentium pollicentur. Reliqua verò multitudo, quæ quidem est ciuium, tota nostra est: neq; eorum quisq̃, quos vndiq; intuentes ex hoc ipso loco cernitis, vnde aliqua pars fori aspici potest, & huius exitum iudicii expectantes, non tum virtuti Milonis fauet, tum de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die certari putat.

Non enim corona) id est inermium ciuium multitudine, quis armatorū quoq; multitudo circūstans corona dicitur a T. Liuio lib. vicesimo octauo. Exercitus, inquit, qui corona concionem circundederat, gladijs ad scuta cōcrepuit. Pro templis). i. in templis, nam Pro significat in: vt pro rostris, pro ęde, pro tribunali. Author est Sex. Pompeius. Illa prǽsidia, sentētia est, Quis hæc præsidia nobis sint salutaria & necessaria, vtpote contra vim Clodianorum comparata, tamen non possum ita audere quin aliquantulum metuam, vt Cicero quod sibi a natura inesse sciebat, id ad armatorū pręsidia transferat. Quum enim orare Cicero inciperet, ita timidus erat, authore Plutarcho, vt pene tremeret horreretq;: ideo metuens Milo ne Cicero armatorum militum forum cingentium nouitate perculsus parum forti oratione se defenderet, ei suasit, vt in lectica delatus in forum, in ea cubans quiesceret, quoad Iudices conuenissent. visis autem armis quæ vndiq; fulgebant, ita perculsus Cicero est, vt trepide admodum orare cœperit. Pro templis omnibus) quæ foro iudiciali proxima erant, vt in templo Castoris in quo P. Clodius armatos homines sæpe disposuit. Contra vim) id est ad prohibendum ne qua vis fiat a Clodianis. Vt) pro eo quod est, ita vt. M. enim Cicero sæpe particulam vt solam ponit, vbi vulgo ita vt dicitur, tamen hic ponitur bis. Id aliquando facit Cicero, vt in longiuscula oratione aliquam dictionem bis ponat: non ad augēdā quidē vim orationis, sed vt dissimulet cōpositā orationē & præmeditatā, vt ars occultet: vt in oratiō: pro Deiotaro bis ponit, inquit, Blesamius, inquit, eius enim no-

Corona.

Pro-

Cicero meticulosus.

vt ait Asconius, tales proposuit Iudices, vt nunq̃ neq; clariores viros, neq; sanctiores propositos esse constaret. Sua studia) id est suum fauorem & zelum, quæ vultu & verbis sæpe significassent, quum de bonis ciuibus iniuste iudicari audirent. Quanta iudicum auaritia atq; in iudicando iniquitas est, in principio Actionis in Verrem secundæ dicit. Statuatis vestra sententia) in hac Milonis causa. Semper vestræ authoritati deditisumus. Hoc dicit, vt Clodio faciat inuidiam, qui iudicia sustulit. Semper) id etiam cum Tribuni pl. eramus. Boni enim Tribuni pleb. authoritatem Senatus sequebantur, vt contra furiosi ei authoritati aduersabantur. Loquitur autẽ in Milonis persona Cicero: id quum fit, auditorum animi mouentur magis. Miseri lugeamus) id est damnati exulemus. Perditissimis ciuibus) Clodianis. Quid enim nobis duobus laboriosius) Captat iudicum beneuolentiam a Milonis calamitate, quæ iniuste contra spem euenit. Solicitum) id est inquietum. Exercitum) fatigatũ & exagitatum. Amplissimorum præmiorum) i. magistratuum & præcipue Cõsulatus, qui honos amplissimus est. Honos autẽ magistratus est: Honos vero est præmiũ virtutis.

Crudelissimorũ exitiorũ) quæ nobis antea Clodius, nunc Clodiani minantur. Et quidẽ) Hic allegoriã cõmixtã esse Quintilianus lib. viij. scribit. Nisi adiecisset fluctibus concionum, esset allegoria, sed eam miscuit. Tempestates) Populi furorem tempestatis sæpe cõparat. Subeundas) i. q eas subiturus semper Milo esset. est autẽ participiũ.

Contra improbos) Improbos ciues & perditos vsitatius dicit q̃ malos. Consilio) id est cœtu iudicum. Ex cunctis ordinibus) i. ex Senatorio & Equestri ordinibus, qui soli ordines sunt. Sunt qui ordinem plebeium etiã dicant. hunc tamen a Cicerone dici non attendi. Infirmandã) i. debilitãdam & diminuẽdã. Quq̃ in hac causa iudices) Proponit se probaturũ clarissime insidias Miloni a Clodio factas, nec vsurum in conclusione rebus gestis Milonis in Tribunatu ad hui⁹ criminis defensionẽ &c. nisi prius insidias a Clodio factas ostenderit clarissime. Id autem in propositione probationis fieri solet, vt ea luce clariora fore polliceamur. Gestis) Tribunatu T. Annij. T. Annius Milo fuit Trib. ple. anno post Clodium proximo, qui suo Tribunatu Clodij vim compescuit, M. q; Ciceronem ab exilio reuocandum curauit. Non abutemur) i. non vtemur: compositum pro simplici. quis vti & abuti Boetius lib. Comment. in Topica Ciceseecundo. distingat, vt sit vti his quæ nobis vtentibus permaneant: abuti vero, quæ pereant. vt prędio domo veste vtimur, oleo vino pane abutimur. Oculis videritis) i. maxime planum fecero. Nec pleonasmos est. nam de mentis oculis dicitur: vt ea sentẽtia sit, nisi rem ita intelligatis. vt oculis cernere videamini insidias Miloni a Clodio factas. Cœlius Trib. pl. alijq; Miloniani iniulgauerunt, Clodiũ Miloni fecisse insidias. Accusatores ea in re occupati fuerunt maxime, vt docerent Milonem Clodio fecisse insidias, Cicero contradicere contendit Miloni Clodium struxisse insidias. Hoc saltem nobis relinquatur &c.) Id autem relinquetur, si Milonẽ liberaueritis, qui P. Clodium vitæ suæ insidiantem interfecit.

Improbi & pditi ciues

Vti & abuti

SED anteq̃ ad eam orationem veniã, quæ est propria nostræ quęstionis, vidétur ea esse refutãdã, quę in Senatu sæpe ab inimicis, ab improbis sæpe iactata sunt, & in cõcione etiã

paulo ante ab accuſatoribus, vt omni errore ſublato, rẽ plane quę venit in iudicium, videre poſſitis. Negãt intueri lucẽ fas eſſe ei, qui à ſe hominẽ occiſum fateat. In qua tandẽ vrbe hoc homines ſtultiſſimi diſputant? nempe in ea quæ primũ iudiciũ de capite vidit M. Horatii fortiſſimi viri, qui nõdũ libera ciuitate, tamen populi Ro. comitiis liberatus eſt, cũ ſua manu ſororem eſſe interfectam fateretur. An eſt quiſq; qui hoc ignoret? cũ de homine occiſo quæratur, aut negari ſolere omnino eſſe factũ, aut iure factũ eſſe defendi? Niſi vero exiſtimatis dementẽ P. Africanum fuiſſe, qui cum à Carbone Trib. pl. in concione ſeditioſe interrogaretur, quid de T. Gracchi morte ſentiret, reſpõdit iure cęſum videri. Neq; enim poſſet aut Hala ille Seruilius, aut P. Naſica, aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me Conſule Senatus non nefarius haberi, ſi ſceleratos ciues interfici nefas eſſet.

M. Horati⁹.

Sed anteq̃) Quis partes orationis debeant tanq̃ filum aliæ ex aliis duci, illud tamẽ facere ſolet Cic. vt oſtendat ſe alia parte tractata ad aliã venire. hac enim ratione auditores fiunt magis dociles & attenti. Tractato igitur exordio accedit, vt refutet ea quę in accuſatorum oratione fuerãt cõtra Milonẽ potentiſſima. Hãc refutationẽ quę ante narrationẽ eſt, Quintil. lib. iiij. dicit vim procemij obtinere, q̃ iudicẽ præparet. Sed nõ cõtinuo vim procemij obtinet, quicquid pręparat iudicẽ. Hic autẽ partitio. Ad eã orationem veniã). i. ad narrationẽ inſidiarũ à Clodio Miloni factarum. Noſtræ quęſtioni). i. noſtræ cauſæ. Authore Quintiliano lib. iij. Quæſtionem in iudiciali materia dupliciter accipimus. Altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam, quo etiam minores omnes cõplectimur: (Pũcta minus principalia vel incidẽtia vulgus appellat) Altero quo ſignificam⁹ ſummã illã, in qua cauſa vertitur. (Punctũ principale vulg⁹ dicit.) Refutanda) Refutare & refutationẽ, q̃ cõfutare & cõfutationẽ Quintil. & Cicero dicũt multo ſæpius. Omni errore ſublato). i. cognita tota veritate. Errat enim qui pro veris falſa credit. Negant intueri lucem) Tria fuerunt potentiſſima, quæ & Milonem aduerſarij iactauerunt. Vnũ, vita dignum eſſe negabant eum qui à ſe hominẽ occiſum eſſe fateretur. Alterũ, cędẽ, qua P. Clodius occiſus eſt, Senatũ iudicaſſe cõtra remp. eſſe factã dicebant. Tertiũ de lege Põpeij erat, qua tulit, vt de cęde quæ in via Appia facta erat, in qua P. Clodi⁹ occiſus fuit, quæreretur. Has tres quęſtiones Cicero refutat. Negant intueri) Ciuis Rom. qui à ſe hominẽ occiſum fateretur, poena exilium erat. Authore Marcello Iuriſc. lib. Pandectarum xlviij. ad legem Corneliam de ſicarijs, Legis Corneliæ de ſicarijs & veneficijs poena in inſulã deportatio eſt, & omniũ bonorũ ademptio: ſed leges veteres occidi iubebant eũ qui hominẽ occi-

Quæſtio.

Refutare & Refutatio.

dissset indemnatũ. Negāt intueri) Authore Quintiliano lib.v.hoc argumentum ab exemplo,est a maiore ad minus. M.Horatij)Si M. Horatius sororem suam impune occidit,cur Milo alienum impune occidisse non potest: M.Horatius occisis tribus Curiatiis,quum spoliis onustus Romam rediret,sororem suam Horatiam querentē de cęde viri(vni enim ex Curiatiis desponsa erat)interfecit.Is cędis ad regem Tullum Hostilium accusatus est.Ingratum esse & indignū Rex putauit,dānare eū qui patrię victoriam peperisset:rursus non esse iustū liberare eum qui sororem indicta causa necasset. Igitur Duūuiros constituit,qui ea de recognoscerent.Horatius a Duūuiris dānatus ad populū prouocauit,cuius ipse iudicio absolutus est.Rē scribunt amplius T. Liuius.li.j. & Dionysius Halycarnasseus lib.iij. Primum iudicium) Hanc primā capitalis iudicij sententiam pop.Ro.tulisse, idem Dionysius scribit. Nondū libera ciuitate).i. quum per Reges ciuitas regeretur. Tum enim demū ciuitas Romana visa est libera,quum eiectis Regibus per Coss.administrari cœpit. Comitiis).i.iudicio.Comitia enim erāt popu.Ro.conuentus,qui in vrbe prope forum & curiam fieri solebant,qui locus inde comitium appellatus est.Ibi conciones ad populum fiebant. Comitia vero magistratuum creandorum causa erant in campo Martio. Quęratur).i.quęstio & causa fiat. Comitia.

A Carbone Trib.pl.)Cn.Papyrius Carbo Trib.pl.legem tulit,vt eundem Tribunum pl.quoties quidem vellet, refici & continuari liceret. Legem eius P. Africanus minor grauissima oratione dissuasit,in qua dixit T.Gracchum iure cæsum videri. Author est Titus Liuius li.lix.Valerius libro sexto titulo de libere dictis & factis,a Cice.& a Liuio dissentit,dicit enim Scipionem a deuicta Nummantia redeuntem interrogatum a Carbone quid de Gracchi morte sentiret,ac respondisse iure cæsum eum videri. aliter enim responsurum eum sperabat,q Semproniam Gracchi sororem in matrimonio haberet. Neque enim posset)Quum Romæ ea fames esset,vt multi ex plebe spe amissa capitibus obuolutis se in Tyberim præcipitarent,tum Sp.Melius ex Equestri ordine homo prædiues frumentum ex Etruria pecunia priuata coemendum curauit.gratuita frumēti largitione plæbis animos sibi deuinxit.in regni cupiditatem incidit,eam ob rem L.Quintius factus Dictator Seruilium Halam dixit Magistrum equitum.Sp.Melium Dictator per magistrum equitum accersit. Melium dicto non parentem,sed plebis animos commouentem Hala occidit. Aduocata concione Dictator.Melium iure cęsum pronunciauit,etiam si regni crimine insons fuerit,q vocatus a Magistro equitum ad Dictatorē non venisset.Res amplius a T. Liuio libro quarto perscripta est. Aut P.Nasica,aut L.Opimius)de Tyb.Graccho a P.Scipione Nasica, & C.Graccho,a L.Opimio Consule occisis Plutarchus in vita Gracchorum, & Appianus libro bellorum ciuilium primo, Velleius Paterculus,& T. Liuius libro. lviij.lx.lxi. multa scripserunt. Cum accusatores contra Nasicam a plebe pararentur,Senatus de eius salute solicitus, liberam ei Legationem in Asiam decreuit.L. Opimius accusatus apud populum,a Q.Decio Trib.pl.liberatus est. Aut L. Opimius,aut C.Marius) Hic,aut C.Marius,superuacaneum esse doceri pōt ex Quintiliano,qui libro quinto hęc Ciceronis verba aduocat, vbi de exemplorum vsu pręcipit. Quędam inquit, ex his quæ gesta sunt, tota narrabimus, vt Cicero pro Milone, Pudicitiam quum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu Caii: Marij propinquus eius Imperatoris ab eo interfectus est,cui vim afferebat:facere enim probus adolescens periculose q̃ perpeti Cn.Carb Melii cędes

turpiter maluit. Atq; hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberauit. Quædam significare satis erit. Vt idem ac pro eodem, Neque enim posset, aut Hala ille Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me Consule Senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. Hęc ille. Vides vti sibi non constaret Quintilianus, si hic aut C. Marius legeretur. Nisi de L. Saturnini Trib. pl. cęde a C. Mario Cos. facta, de qua est in oratione Ciceronis pro C. Rabirio, intelligas. Aut me Consule Senatus) Cicerone Consule coniuratio Catilinę deprehensa est. M. Cato in Senatu censuit vltimũ supplicium de coniuratis iis qui in custodia erant sumendum eiusq; eius sententiã Consulares omnes, itemque Senatus magna pars secuti sunt. igitur de his sumptum supplicium est. Author est Sallustius.

Itaq; hoc Iud. nõ sine causa fictis fabulis doctissimi homines memorię prodiderunt: eũ, qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis hominum sẽtentiis, nõ solũ diuina, sed etiã deæ sapientissimæ sententia liberatũ. Q; si duodecim tabulæ nocturnũ furẽ quoquomodo, diurnum aũt, si se telo defenderit, interfici impune voluerunt, quis est, qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? cũ videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus. Atqui si tempus est vllum iure hominis necandi (quæ multa sunt) certe illud est non modo iustũ, verũ etiam necessariũ, cũ vi vis illata defenditur. Pudicitiam cum eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marii propinquus eius Imperatoris, interfectus ab eo, cui vim afferebat. facere enim probus adolescens periculose, q̃ perpeti turpiter maluit. Atq; hunc ille vir sũmus scelere solutũ periculo liberauit. Insidiatori vero & latroni, quę potest afferri iniusta nex? Quid comitatus nostri? quid gladii volunt? quos habere certe non liceret, si vti illis nullo pacto liceret.

vim vi repelle.

Fictis fabulis.) Fictis fabulis orator vti possit, sed postquã exemplis multis vsus sit. Hę quoque fabulę vel totę dicentur, vel tantum memorabuntur, prout notę erunt, vt causę vtilitas vel decor postulabit. Quintilianus libro quinto postq̃ de vsu exemplorum pręcepit, Eadem, inquit, ratio est eorum quæ ex poeticis fabulis dicuntur, nisi q; iis minus affirmationis adhibetur. Cuius vsus qualis esse deberet, idem optimus author ac magister eloquentię ostendit. Nam huius quoq; generis eadẽ in oratiõe reperie

tur exẽplũ. Itaq; hoc indices nõ sine causa etiã fictis fabulis doctissimi hoies memoriæ
prodiderunt eum qui patris vlciscendi causa matrem necauisset, variatis hominũ sen
tẽtijs, nõ solũ diuina, sed etiam sapientissimæ deæ sententia liberatũ. Doctissimi ho-
mines) i. poetæ, quorũ genus apud Græcos e doctis antiquissimum fuisse Cicero in
libro Tusculanarum quæstionum, primo scribit. Eum qui patris vlciscendi causa)
Orestem intelligit. qui anno septimo post cędem patris Agamemnonis matrem Cly
temnestram & Aegistum adulterum socia consiliorum omnium sorore Electra, viri-
lis animi fœmina occidit. Factum eius a dijs comprobatum & spatio vitæ & imperij
felicitate apparuit. nam vixit annos nonaginta, regnauit septuaginta. Oraculo diuino
adductum vt matrem interficeret: ne furijs grauibus agitatum Iuuenalis Satyra octa
ua scribit, Ille deis authoribus vltor Patris erat cæsi media inter pocula, sed ne Electrę
iugo se polluit, aut Spartani sanguine cõiugij, nullis aconita ꝓpinquis Miscuit, in sce-
na nunq̃ cantauit Orestes, Quos poetæ tradiderunt patris vlciscendi causa suppli-
cium de matre sumpsisse) prælertim deorum immortalium iussis atq; atq; oraculis id
fecisse dicuntur, vt ait Cicero pro Roscio Amerino. Euripidem fecisse tragœdiam de
Oreste est apud Ciceronem libro Tusculanarũ disputationum quarto. Quod si duo-
decim tabulæ.) Illa sunt verba duodecim tabularum apud Macrob. lib. Saturnalium
primo, Si nox furtum factum sit, si im aliquis occisit, iure cæsus esto. Vbi nox, im, occi-
sit prisce posita sunt, pro nocte, eum, occidit. Lex tabularum duodecim vt Aulus Gel-
lius scribit, capprimo libro. xx. furem manifestum, ei cui furtum factum est, in seruitu
tem tradit. Nocturnum autem furem ius occidenti tribuit. Plato in lib. de Legibus no
no, Qui noctu, inquit, furem domum suam ingressum inter fecerit, mundus esto. Et
qui spoliatorem in defensionem sui similiter. Exodi capite. xxii. eadem lex ante scri-
pta fuit. Si effringens fur domum aut suffodiens inuentus fuerit, & accepto vulnere
mortuus fuerit, percussor nõ erit reus sanguinis. Q; si orto sole hoc fecerit, homicidiũ
perpetrauit. & ipse morietur. Vlpianus lib. Pandectarum. xlviij. Ad legem Corneliam
de sicariis, Furem, inquit, nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret. si par-
cere vel sine suo periculo non potuit. Idem lib. ix. ad legem Aquiliam. Si quis, in-
quit, metu mortis furem occiderit, non dubitatur, quin lege Aquilia non teneatur. Si
autem quum possit appręhendere maluit occidere, magis est, vt iniuria fecisse videa-
tur, ergo lege Cornelia tenebitur. Quoquo modo) id est siue se telo defendat siue non
defendat. Quis est qui puniendum putet interfectorem, si quoquo modo, id est etiã iu-
re. Si se telo) Caius Iurisc. lib. Digestorum. I. de verborum & rerũ significatione, Telũ
esse ait non modo quod arcu mittitur, sed etiam quod manu, vt lapis, lignum, ferrũ.
dictum ab eo quod in longinquum mittitur, a græca voce τηλοῦ figuratum. Hoc tamẽ
in loco telum pro pugione aut paruo aliquo gladio accipi videtur, quanuis etiam la-
pidationem facerent. In qua significatione dicitur a Plinio capite decimoquarto, libro
vigesimoquarto. Magni, inquit, Pompeij tertio Consulatu extat edictum, in tumultu
necis Clodianæ prohibentis vllum telum esse in vrbe. Ad occidendum hominem)
vt furem nocturnum. Q; enim id legibus permissum sit, leges nobis gladium porri-
gere videntur. Quum vi vis illata defenditur) Authore C. Iurisconsulto lib. Digesto-
rum nono ad legem Aquiliam, Si seruum tuum latronem insidiantem mihi occide-
ro securus ero. Nam aduersus periculum naturalis ratio permittitur se defendere

Orestes absolutus.

Furis pœna.

Gladiũ nobis leges porrigi

Pudicitiã cum eriperet.) Plutarch⁹ in vita C. Marij hanc rem enarrat amplius. De hac re Quintiliani declamatio est. Hunc adolescentem Trebonium, & Tribunũ militum, C. Lucium appellat. Valerius libro, vi. titulo de pudicitia, Clusium: nisi Clusium pro C. Lusio librarius male scripserit. nam Quintilian⁹ lib. iij. hunc appellat Lusium,

Propinquus eius Imperatoris). i. filius sororis C. Marij. Facere enim probus). Epiphonema est, rei narratę vel probatę summa acclamatio, Tātę molis erat Romanam condere gentem. Facere enim probus adolescens periculose, q̃ perpeti turpiter maluit. Author est Quintilianus libro octauo. Periculose.) Impendebat enim periculum vt ab Imperatore damnaretur, q̧ eius propinquum, q̧ indemnatum, q̧ Tribunum suus miles necasset. Scelere solutum etiam, id est soluit scelere & periculo liberauit, id est absoluit. Platonis libro de legibus nono, lex illa est, Qui mulierem liberam aut puerum ad rem veneream vi adigit, impune non ab eo solum cui vis illata est, sed a patre marito, fratribus, filiisq́ vita priuetur. D. Hadrianus, vt ait Metianus Iurisc. lib. Pandectarum. xlviij. ad Legem Corneliam de Sicarijs, rescripsit eum qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit dimittendũ. Q; si. xij. tabulę.) Enthymema est,

Enthymema. syllogismus rhetoricus, ita enim ab Aristotele appellatur lib. Rhetoricorum ad Theodectem primo. Enthymematum duo genera tradit Quintilianus lib. v. vnum ex repugnantibus, de quo alibi dicendum est, alterum ex consequentibus, quod a nonnullis epicherema dicitur. Id autem habet propositionem cum ratione. Ideo ex consequētibus appellatur, q̧ ex propositione ratio consequatur. Id autē fieri quatuor modis idē docet, hisq́ exemplis ex Cicerone vtitur. Primum enim anteponitur propositio, sequitur ratio, vt, Silent leges inter arma, nec se expectari iubent: quum ei qui expectare velit ante iniusta pœna luenda sit, q̃ iusta repetenda. Deinde contra rationem propositio sequitur. vt, Q; si duodecim tabulę nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderit interfici impune voluerunt, quis est, qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? Tum propositionem rationi postpositam sequitur alia ratio. vt, Q; si duodecim tabulę &c. Sequitur alia ratio, Quum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus. Postremo ex propositione & ratione fit aliqua complexio. i. conclusio. vt, insidiatori vero & latroni quæ potest afferri iniusta nex? propositio est. Quid comitatus nostri? quid gladij volunt? Ratio. Inde fit illa complexio. Quod habere certe non liceret, si vti illis nullo pacto liceret. Idem in eodem lib. docet, quod natura asperum sit dicēdi voluptate, & nimis suspectam argumētationem dissimulatione condiendam esse, multumq́ ad fidē valere audientis voluptatem. vt quum dixit Cicero, silere leges inter arma & gladium, nobis interim ab ipsis porrigi legibus. Leges enim proprie non silent, nec nobis gladios porrigũt. Est autem metaphora, quam tum quoq́ esse Quintilianus lib. viij. scribit, quum rebus inanimis datur aliquis sensus. vt, Pontem indignatus Araxes. Et, Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? &c.

Est enim hæc Iudices non scripta, sed nata lex: quā non didicimus accepimus legim⁹, verũ ex natura ipsa arripuimus,

hauſimus, expreſſimus: ad quã non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronũ aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediẽdæ ſalutis. Silent enim leges inter arma, nec ſe expectari iubent, cũ ei, qui expectare velit, ante iniuſta pœna luenda ſit, q̃ iuſta repetẽda. ~~Ergo ſui~~ perſapienter & quodã modo tacite dat ipſa lex poteſtatẽ defendẽdi: q̃ non modo hoiẽ occidi, ſed eſſe cũ telo hois occidẽdi cauſa vetat: vt cum cauſa non telũ quæreretur, qui ſui defendendi cauſa telo eſſet vſus, nõ hois occidendi cauſa habuiſſe telum iudicaretur. Quapropter hoc maneat in cauſa Iudices. Non enim dubito quin probaturus ſim vobis defenſionẽ meã, ſi id memineritis, quod obliuiſci non poteſtis, inſidiatorẽ iure interfici poſſe. SEquitur illud, quod a Milonis inimicis ſæpiſſime dicit̃, cędẽ qua P. Clodius occiſus eſt, Senatũ iudicaſſe cõtra rẽp. eſſe factã. Illã vero Senatus nõ ſentẽtiis ſuis ſolũ, ſed etiã ſtudiis cõprobauit. Quoties enim eſt illa cauſa a nobis acta in Senatu? qbus aſſenſionib⁹ vniuerſi ordinis? q̃ nec tacitis, nec occultis? quãdo enim frequẽtiſſimo Senatu quatuor, ad ſummũ quinq; ſunt inuenti, qui Milonis cauſam non probarent? Declarant huius ambuſti Tribuni Pl. illæ intermortuę cõciones, quibus quotidie meã potẽtiã inuidioſe criminabat̃: cũ diceret Senatũ non quod ſentiret, ſed quod ego vellem decernere. Quæ quidem ſi potentia eſt appellãda potius q̃ propter magna in remp. merita mediocris in bonis cauſis authoritas, aut propter officioſos labores meos nonnulla apud bonos gratiã, appelletur ita ſane, dummodo ea nos vtamur pro ſalute bonorũ contra amentiã perditorum.

Lex naturæ

Imbuti natura.

Leges ſilent inter arma

Inſidiatorẽ iure interfici poſſe.

Ad ſummũ

Eſt enim hæc Iudices non ſcripta) Ius nõ ſcriptũ, quæ æquitas appellatur, a lege quę ſcripta eſt hoc differt: q̃ ius permaneat ſemp, nec vnq̃ mutetur, quũ ſecundum naturam ſit. Lex vero ſcripta ſæpius mutetur, de qua illud, Sũmum ius ſumma iniuria. De iure non ſcripto illud dictum eſt in Antigone Sophoclis, feciſſe ſe præter Creontis

legem,sed non p̃ter illam nõ ſcriptã.Nõ enim nunc aut nudiuſtertius,ſed ſemper fuit. Author eſt Ariſtoteles libro Rhetoricorum ad Theodectem primo. Eſt enim.)Hic ſe concinnitatem verborum Cicero conſectatum ſcribit de Oratore ad Brutum;q; ibi verba caſus habeant in exitu ſimiles,q; paribus paria reddantur,q; opponantur cõtraria.Hæc,inquit,ſuapte natura numeroſa ſunt,etiam ſi nihil eſt factum de induſtria.In huius cõcinnitatis inſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus,quo de genere illa noſtra ſunt in Miloniana,Eſt enim iudices hæc non ſcripta ſed nata lex:quam nõ didicimus,accepimus,legimus,verum ex natura ipſa arripuimus,hauſimus,expreſſimus:ad quam non docti ſed facti,non inſtituti ſed imbuti ſumus.Hic attende legi,Eſt enim iudices:non,Eſt ergo iudices.&,Verum ex natura:non,Verum etiam ex natura.

Omnis honeſta ratio eſſet.) Apud A.Gellium cap.v.libri.xij.philoſophus Taurus hac de re ad hãc ſentẽtiam diſſerit.Natura,inquit,omniũ rerũ,q̃ nos genuit,induit nobis,inoleuitq; in ipſis ſtatim principijs quib⁹ nati ſumus,amorem noſtri & caritatem: ita prorſus,vt nihil quicquam eſſet carius penſiuſq; nobis,q̃ noſmetipſi. Atq; hoc eſſe fundamentum rata eſt cõſeruãdæ hominũ perpetuitatis,ſi vnuſquiſq; noſtrũ ſimul atq; editus in lucẽ foret,harũ prius rerum ſenſum affectionemq; caperet,q̃ a veteribus philoſophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata ſunt, vt omnibus ſcilicet corporis ſui commodis gauderet,ab incommodis omnibus abhorreret.M.quoq; Cicero libro de Offícijs primo,Principio,inquit,generi animantium omni a natura tributum eſt,vt ſe vitam corpuſq; tueatur,declinetq; ea quæ ei nocitura videanť. Expediendæ)id eſt liberandæ,vt apud Virg.libr. Aenei.ij.Flammam inter & hoſtes Expedior. Silent leges inter arma)exempli gratia.Prohibent leges cuiq̃ fieri iniuriam.Si quis latro me aggrediatur,ſi nõ reſiſtã,ſed velim expectare,vt cum eo lege agam,ante iniuſta pœna mihi luenda ſit,q̃ iuſta repetenda. Etſi perſapienter.) Legendum putẽ,ſui perſapienter,vel ergo ſui perſapienter,vt ſit ſui defendendi.Sed eſſe cum telo.) Qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulauerit,eum teneri lege Cornelia de ſicarijs Mætianus libro Digeſtorum.xlviij.author eſt.Claudianus iuriſc.eodem libro,titulo de pœnis,Non minus,inquit,lex eum qui occidendi hominis cauſa cum telo fuerit,q̃ eum qui occiderit,punit.Telo eſſet vſus)id eſt hominẽ occidiſſet. Maneat)id eſt menti veſtræ inhæreat & infixum ſit,vt,Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis. Probaturus ſim vobis)id eſt facturus vt approbetis. Sequitur illud)id eſt ſecundum eſt. Illud præcipit Quintilianus libro quarto,vt ſi quam opinionem contra nos Iudices domó attuliſſe videantur,eam vt in principio tollamus.Quod a Ciceronis inimicis ſæpiſſime dictum eſt,id verum eſſe ne credant Iudices facit Cicero vt ijs opinionem tollat. Cælum)Cædem a Cicerone ſolitam dici attendimus pro homicidio. Authore Quintiliano libro decimo,Per abuſionem ſicarios etiam omnes vocamus,qui cædem telo quocunq; commiſerint.Homicidas alij appellant. Inde lex Cornelia de ſicarijs eſt.Homicidium & homicidam non damno. Illam vero Senatus) Aliquando id vſu veniebat,vt de inſigni crimine Senatus prius decerneret,q̃ de eo in foro ageretur.Vt authore Aſconio Pediano quum L.Catilina Prætor Africam prouinciam,quam obtinuerat grauiter vexaſſet,legati Afri in Senatu iam tum abſente illo queſti ſunt,multæque graues ſententiæ in Senatu de eo dictæ ſunt.Poſtea vocatus in iudicium eſt.Ita de cæde Clodij prius in curia quam in foro actum eſſe ſignificat.

Expedior.

Manet.

Cædes.
Sicarij.

solosttendit cædem Clodij a Senatu sententiis & voluntatibus probatam esse, q̄uis is Senatusconsultum fecerit hanc ipsam cædem contra Rempub.esse. Intermortuę) id est vanę futiles,nullius efficaciæ. Inuidiosæ) Inuidia persępe dicitur pro ea re quæ mala gratia vulgo dicitur. In ea significatione tum intelligitur, quum scriptores artiū pręcipiunt aduersarius qua ratione in inuidiam auditorum adduci debeat. Inuidiose igitur.i. inuidiam me adducendo. Quod ego vellem re decernere) A dicto aduersariorum probat Clodij cędem a Senatu sententijs comprobatam.

Internortuæ.

Inuidia.

Hanc vero quæstionem,& si non est iniqua,nunquam tamen Senatus constituendam putauit.erant enim leges, erant quæstiones vel de cæde,vel de vi:nec tantum mœrorē ac luctum Senatui mors P.Clodii afferebat,vt noua quæstio constitueretur. Cuius enim Senatus de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere Senatum iudicium nouum constituendum putasse? Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædium Marci Lepidi,cædem hanc ipsam contra rempublicam, Senatus factam esse decreuit? Quia nulla vis vnq̄ est in libera ciuitate suscepta inter ciues,non contra rempublicam. Non enim est vlla defensio contra vim vnq̄ optanda,sed nonnunq̄ est necessaria. Nisi vero aut ille dies quo T.Gracchus est cæsus,aut ille,quo Caius,aut quo arma Saturnini oppressa sūt, etiam si e republica,remp.tamen non vulnerarunt. Itaq; ego ipse decreui,cum cædem in Appia factam esse constaret:nō eum qui se defendisset,contra remp. fecisse,sed cum inesset in re vis & insidiæ,crimen iudicio reseruaui,rem notaui. Q. si per furiosum illum tribunū,Senatui,quod sentiebat, perficere licuisset,nouam quæstionem nunc nullam haberemus: decernebat enim,vt veteribus legibus tātummodo extra ordinem quæreretur. diuisa sententia est postulante nescio quo (nihil enim necesse est omnium flagitia proferre) sic reliqua auctoritas Senatus empta intercessione sublata est.

Hanc vero quæst.) De admissis criminibus quæri solebat legibus,de his cōstitutis. Si vero insigne aliquod crimen admissum erat,Senatus nouā q̄stionē cōstituebat,qua suā

de commisso crimine sententiā, quodāmodo significabat. Ideoq; causa rei magis premebatur, si noua quæstione cōstituta agebat. Vt si de Clodij cęde lege Cornelia de sicarijs, aut lege Q. Catuli de vi quęsitum fuisset Milonem causa minus lęsisset. Itaq; in causa Clodij de incestu Q. Fusius intercessit, ne Senatus nouam quæstionem constitueret. Idem in hac Milonis causa, quum Senatus decerneret, vt veteribus legibus de cæde Clodij quæreretur, intercessit. Eam ob rem de Clodij incestu legibus veteribus, de eius dem cæde noua quęstione constitutum est. Constituendam putauit. Constituere & decernere quæstionem & iudicium in eadem significatione dicimus. Constituit quæstionem Senatus quum decernit, vt de commisso aliquo insigni crimine quæratur, id est causa & iudicium fiat. Ferre quæstionem in hac significatione infra Cicero dicit, Quis, inquit, de interitu meo quæstionem tulisset? Idem, Non igitur vlla quæstio de Africani morte lata est? In alia significatione constituere quæstionem Cicero dicit in Partitionibus oratorijs. Cuius enim Senatui.) Sententia est, Erepta est Q. Fusij intercessione Senatui potestas decernendi quæstionem nouam de stupro incesto Clodij: quis credat Senatum de eius interitu iudicium nouum constituendum putasse? Incesto stupro.) Quo sacra Bonę Deæ violauit, de quo postea dicemus latius. Potestas decernendi iudicium.) Quia iudicia legibus constituta erant, ideo Senatus raro quæstionem de aliquo crimine decernere solebat, si qua alia lex aut quæstio de eo lata ante fuerat. Igitur noua quæstio dicebatur, si quam Senatus decernebat. Per Q. Fusium Senatorem, quum de incestu P. Clodij agebatur, factum est ne a Senatu asperius decerneretur, vt ait Asconius. Sed de hac re postea. Incesto stupro) id est facinoroso & flagitioso, vt in oratione pro domo sua de eodem Clodio dicit, Istius, inquit, qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cerimonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. Incestum a græco tractum Sex. Pompeius scribit. Nam illi facinus dicunt aniceston. Incestum vsu dicitur flagitium in affines admissum, vt ait Nonius Marcellus. Ibi tamen adiectiuum est, & quod hic appellat stuprum postea dicit adulterium. Cur igitur incendium curiæ &c.) Hæc tria vno Senatusconsulto comprehensa erant, quia non licebat vno die duo Senatusconsulta fieri. Cur igitur &c.) Ratiocinatio est. nam interrogationi a se factę respōdet. Nulla vis vnquam &c.) Romano more in ciuili dissensione q̄uis præclaras res, reiq; publicæ maxime vtiles aliquis gessisset, nunq̄ tamen eo nomine Imperator appellatus est, nec ei vllæ supplicationes decretæ sunt, nec ouans, aut curru triumphauit, nec lauream cuiquam Senatus dedit, nec quisquam sibi dari postulauit. ciuitatis parte lachrymāte, qa vt necessarię istæ, ita lugubres semp existimatæ victorię sunt vtpote non externo, sed domestico partę cruore. Id Valerius libro secūdo, titulo de iure triumphandi Nasicę, Opimij, Q. Catuli, C. Antonij exemplis probat. Nisi vero.) Gracchorū & Saturnini cędes e repub. fuit: rem tamen publicam vulnerauit L. Apuleius Saturninus Tribunus plebis, vt seditiosus, ita crudelis. C Marij sextū Cos. & Senatus & bonorum ciuium, armis in curia Hostilia oppressus est. vt scribunt Velleius Paterculus & T. Liuius libro. lxix. De eo amplius Cicero in oratione pro C. Rabirio. de eodem est in libro Rhetoricorum ad herennium primo. Ego ipse decreui.) Nam Cicero Senator erat. Rem) id est vim & insidias. Si licuisset per Tribunum) id est si non impediuisset Tribunus. Hoc est, Si Munatius Tribu. pleb. Q. Fusium Senatorem

Cōstituere & decernere quæst.

Ferre quæstionem.

pecunia nō corrupisset,vt postularet sententiā diuidi,itaq; intercederet.Vt enim vnius Trib.pleb.intercessio impedimento est,quo minus lex feratur a reliquis:ita intercedēte aliquo vno Senatore Senatusconsultum fieri non licet.Nec idem valent intercedere & diuersa sentire.vt in consultatione de pœna coniuratorum apud Sallustium non sentiebat Cæsar idem quod Cato, tamē non intercessit. Est autē intercedere quod vulgo dicunt,se opponere. Furiosum).i.Munatium.Cicero furiosos Trib.pleb.appellare solet eos,qui nimium populares Senatui non parent,seditionem q; cōcitant,vt paulo ante furorem P.Clodij dixit.Extra ord.)Extra ordinē quærere est non obseruata forma procedendi causam aliquam tractare. Decernebat)Q.Hortensij ea erat sententia. Postulante nescio quo).i.Q.Fusio Senatore.Empta intercessione)Budæus in Annotationibus in Pandectas scribens quid sit diuidere sententiam,hunc locum Ciceronis citat, Empta intercessione.Senator qui intercedere volebat,quo minus fieret Senatusconsultum,vt ait Sex.Pompeius,Cos.dicebat,Numera Senatum:postulabatq; vt aut res quę afferuntur diuiderentur,aut simul consuleretur:aut si tot Senatores nō essent,quot numero oporteret fieri Senatusconsultum,expectarentur. Is autem Senator qui in causa intercessit,pecunia corruptus fuit.ideoq; empta intercessiōe hic Cicero dixit,vt in oratione in Senatu post reditum emptus intercessor dicitur.Qui in Colonia nuper constituta,quum ipse gereret magistratum,in qua nemo erat emptus intercessorum,vim & crudelitatem priuilegij authoritate honestissimorum hominum & publicis literis consignauit. Diuidere sententiam hoc loco quid sit,vt ingenue fatear,nescio:nec mihi cum Plinij sententia quam Budæus concitat,conuenire videtur. Intercessione)Munatij & Sallustij.

Intercedere
Extra ord.
quærere.

At em̄ Cn.Pōpeius rogatiōe sua,& de re,& de causa iudicauit:tulit em̄ de cęde, quæ in Appia via facta esset,in qua P. Clodius occisus fuit.Quid ergo tulit?nempe vt quæreretur. Quid porro quærendum est?factū ne sit?at cōstat.A quo?at patet. vidit etiā in cōfessione facti iuris tamē defensionē suscipi posse . Qz nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, cū videret nos fateri,neq; quæri vnq̄ iussisset,nec vobis tam salutarē hanc in iudicando literā,q̄ illā tristē dedisset. Mihi vero Cn.Pōpeius nō modo nihil grauius cōtra Milonē iudicasse,sed etiā statuisse videtur,quid vos in iudicando spectare oporteret.nam qui non pœnā cōfessioni,sed defensionem dedit, is causam interitus quęrendā non interitū putauit.Iā illud dicet ipse profecto,quod sua sponte fecit, P.ne Clodio tribuendū putet,an tēpori?Domi suæ nobilissimus vir, Senatus propugnator , atq; illis quidē tēporibus pœne patro-

nus, auunculus huius nostri iudicis fortissimi viri Catonis. Trib. pl. M. Drusus occisus est: nihil de eius morte populus cōsultus, nulla quæstio decreta a Senatu est. Quantū luctū in hac vrbe fuisse a nostris patribus accepimus, cum P. Africano domi suæ quiescēti illa nocturna vis esset illata? quis tū non gemuit? quis non arsit dolore? quē immortalē, si fieri posset, oēs esse cuperēt, eius ne necessariā quidē expectatam esse mortem? Num igitur vlla quæstio de Aphricani morte lata est? certe nulla. Quid ita? quia non alio facinore clari homines, alio obscuri necātur. Intersit iter vitæ dignitatē summorum atq; infimorum: mors quidem illata per scelus iisdē pœnis teneatur & legibus: nisi forte magis erit parricida, si quis Consularem patrem, q̄ si quis humilem necauerit.

M. Liuij Drusi mors.

Scipionis Africani mors.

At enim Cn. Pompeius) .i. tertiū quod Cicero refutat, idq; proponit refutandū, quia tanq̄ ab aduersario obiectū sit. Hanc autem legem Pompeius sua sponte tulit. Rogatione) .i. lege, quod etiam priuilegiū esse A. Gellius docet cap. xx. lib. x. Tam salutarē literam) Mos erat Romanorū in iudicijs, vt qui causæ quæ agebatur præerat daret iudicibus treis notas, vnā absolutionis A, alterā condemnationis C, tertiā ampliationis N. L. tanq̄ si non liqueret. In hac Milonis causa Cn. Pōpeius dedit etiam absolutionis notā iudicibus: quod non fecisset, nisi sperasset eum posse absolui. Hanc autē absolutionis literam appellat salutarē. Peroratione vtriusq; partis peracta quæsitor, ab reo quærebat, ex lege Cornelia clā an palā de se sententiā ferri vellet. Si palam, voce: si clam, nota ferebatur sentētia. Quam cuiq; iudici visum erat, notā in cistā mittebat, postea Quæstor ex notarum similium numero maiore colligebat, absoluendus ne an damnandus esset reus, an causa amplianda. Has autem notas vt dixi, dabat iudicibus is qui causæ præerat, quemadmodū calculos suffragiorū causa a magistratibus populo accipere morem fuisse Dionysius Halicarnasseus lib. v. scribit. Q; autē damnationis litera dicatur, vt nigrum præfigere thita, id ex Gręcorum more est, apud quos θάνατος mors dicitur.

Rogatio.

Literæ iudiciorū notæ.

Suffragiorū notæ.

Ipse) Pompeius. Sua sponte) .i. nec Senatu, nec populo postulante. P. ne Clodio &c.) vtrum hanc legem tulerit q; de Clodij morte doleret, an vt seruiret tempori, ne scilicet in lætitia publica videretur parum fideliter Clodio reconciliatus, si etiam ipse gauderet domi suæ. Quod de cæde virorum optimorum Drusi & Scipionis lex nulla, vt quæreretur, lata sit, quæ cædes admodum tristes fuerunt: de Clodio autem cæde Pompeius tulerit, quæ omnibus iucunda fuit, significat Cicero Pompeium id tulisse, vt tēpori non vt dolori suo seruiret. Nobilissimus vir) M. Liuius Drusus nobilissimus, potentissimus, eloquentissimus, sanctissimus, non multis post occisum Saturnaliū annis factus Trib. pleb. meliore animo q̄ fortuna vsus est, quū enim C. Gracchi lege iudican-

Drusi cędes

di potestas ad Equestrem ordinem solum translata esset, eam Senatui restituere ita conatus est, vt æqua parte iudicia penes Senatum, & Equestrem ordinem essent: ei tamẽ Senatus ita aduersatus est, vt Collegarum eius malefacta potius q̃ huius bene cogitata probaret. Conuersus Drusi animus socios Italicosq; ciuitate donare constituit. Id moliens quum e foro reuertisset, immensa illa & incognita, quæ eum semper comitabatur, cinctus multitudine, in atrio domus suæ cultello percussus, qui affixus lateri eius relictus est, intra paucas horas mortuus est. Author est Velleius Paterculus. Idem fere T. Liuius scribit lib. lxxi. Auunculus huius nostri iudicis) In domo M. Drusi auunculi M. Catonem educatum fuisse Valerius Maximus libro secundo, titulo de indole scribit. Decreta) id est constituta. Qu ãtum luctũ in hac vrbe) Fuluio Flacco, Cn. Carbone & C. Graccho Triumuiris agros diuidere conantibus, quum P. Scipio Africanus minor aduersaretur, fortisq; ac validus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est. Suspecta fuit, tanq̃ venenum dedisset, Sempronia vxor, hinc maxime q̃ Gracchorum soror esset, quibuscum Africano simultas fuerat. De morte huius quæstio nulla constituta est. Author est Titus Liuius libr. lix. De hac cæde alibi plura scribimus. Ne necessariam quidem) id est quis non indoluit, Scipionis mortem naturalem expectatam non esse, sed acceleratam? Ne necessariam quidem, id est naturalem, quam affert naturæ necessitas. Occisus est enim Scipio anno ætatis. lvi. vt in somnio Scipionis Cicero dicit. Mortis autem naturalis constitutio certa non est. Ideoq; quæ vitæ humanæ meta sit, inter scriptores non conuenit eam Plato in anno. lxxxj. quo anno mortuus ipse est. Staseas. lxxxiiij. Aegyptij centesimo. Epigenes. cxij. annis constituerunt, vt scribimus in Commẽtarijs in Griphum Ausonij. Quod autem Lactantius ex libro Geneseos constituat. cxx. annos, D. Augustinus de Ciuitate dei, illos cxx. annos non ad vitam hominis, sed ad tempus quod præcessit diluuium refert.

Scipionis cædes.

Necessaria mors.

Nisi forte magis erit parricida) Ex Stoicorum dogmate peccata dicit paria. Nec enim peccata rerum euentu, sed vitijs hominum metienda esse Cicero in paradoxis tradit.

At eo mors atrocior erit P. Clodii, q̃ is in monumentis maiorum suorũ sit interfectus. hoc ẽm sæpe ab istis dicitur: perinde quasi Appius ille Cæcus viam munierit, nõ qua populus vteretur, sed vbi impune sui posteri latrocinarentur. Itaq; in eadẽ ista Appia via eum ornatissimũ equitem Ro. M. Papyrium occidisset, non fuit illud facinus puniendum. Homo enim nobilis in suis monimẽtis equitem Rom. occiderat. Nunc eiusdem Appiæ nomen quantas tragœdias excitat? quæ cruentata antea cæde honesti atq; innocentis viri silebatur, eadem nunc crebro vsurpatur, posteaq̃ latronis & parricidæ sanguine imbuta est. Sed quid ego illa comme

Tragœdias excitare.

moro: comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat. Extorta est confitenti sica de manib⁹. Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico, ianua se ac parietibus, non iure legum iudiciorumq; texit. Num quæ rogatio lata? nū quę noua quæstio decreta est? Atqui, si res, si vir, si tepus vllum dignum fuit, certe hęc in illa causa summa omnia fuerunt. Insidiator erat in foro collocatus, atq; in vestibulo ipso Senatus: ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis: eo porro reipublicæ tempore, quo si vnus ille occidisset, non hæc solum ciuitas, sed gentes omnes concidissent. Nisi forte, quia perfecta res est, non fuit puniendą, perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus.

Nititur in vita.

At eo mors atrocior) Aduersariorum obiectio est. Quæ ab aduersario dicta sunt, Cicero proponere solet vt refutet, eaq; proponit aliquando suis, aliquando aduersarij verbis. In huiusmodi propositionib⁹ particulā at, vel at enim ponere solet. In monimētis maiorum) i. in via Appia, quam a porta Capena vsq; ad vrbem Capuam Appius Clodius Crassus Censor, cui postea Cæco fuit cognomen, muniendam curauit, vt ait Iulius Frontinus in libro de Aquæductibus. Ex Claudiorū familia) P. Clodium fuisse ipsum quoq; nomen significat: Claudius enim & Clodius, vti Plautus & Plotus dicitur. In monimentis maiorum) Authore Quintil. lib. v. loci commemoratio ad cōmendationem, & ad inuidiā valet. Nam & Aiax apud Ouid. lib. Met. xiij. inquit. Ante rates agimus causam, & mecum cōfertur Vlysses. Et Miloni inter cætera obiectum est, q; Clodius in monimentis maiorum suorum ab eo esset occisus. M. Papyrium) M. Papyrij cædem Asconius scribit. Quantas tragœdias excitat) i. q̄ inuidiose commemoratur, quanta sceleris atrocitatem commouere videtur. Parricida) id inuidiose dicit, quēadmodum in oratione pro domo sua, eūdē Clodiū appellat patricidā, fratricidā, sororicidā. Cōprehensus est in templo Castoris) In alijs orationibus harum insidiarū sæpe meminit Cicero. Id autē Castoris templum foro & curię proximum erat. Collocarat) i. in insidijs posuerat. vt in oratione in L. Pisonem, Deprehensus cum ferro ad Senatū is, quem ad Cn. Pompeium interimēdū collocatum fuisse constabat. Ad Cn. Pōpeium interficiendū) Clodius facere conatus est, vt in Tribunatu rempublicā pro libidine gubernaret: idcirco submoueri omnes voluit, quos sibi obsistere posse arbitraretur. M. Ciceronem vrbe eiecit. M. Catonem in Cyprum Legationis nomine mi-

At, atenim

Loci cōmemoratio.

sit, vt scilicet pecuniam Regis Ptolemæi aduehēdam Romam curaret. Cæsar in Galliam venerat. Plebis animos sibi deuinxerat, neminem esse qui consilijs suis aduersari posset nisi Pompeium putabat. ad hunc submouendum adiecit animum. Eius itaq; acta rescindit. Tigranem, quem in vinculis Pompeius habebat, dimittit. Pompeij amicos accusat, vt eos Pompeio defendenti se liberius obijciat. Quum amicorum quendā Pompeius defendit, Clodius impudicorum hominū multitudine septus in loco edito se collocat, deinde sic rogat, Quis Imperator impudicitia laborat? Quis vir virū quærit? Quis vno digito caput scalpit? Ad quæ circunfusa illa multitudo sigillatim Pompeium respondet. Hæc ingenti mœstitia Pompeium afficiunt, male de se audire insolitum: sed magis mœrebat, q; Senatum hac cōtumelia lætari videat. Exinde quidam e domesticis Clodij cum sica in Pompeium intenta deprehēsus est. Has ob causas, quoad P. Clodius Tribunatum gessit, Cn. Pōpeius foro caruit. Author est Plutarchus in vita Pompeij. Ianua se & parietibus) In oratione pro P. Sextio, de suo fratre Cicero, Vitam, inquit, suam tum noctis & fugæ præsidio, non iuris iudiciorūq; defendit. Dignum fuit, vt quæstio decerneretur. Hæc omnia) tria. i. tres vir tempus. Insidiator) Clodij seruus. In foro) Antea dixit in templo Castoris. In foro collocatus) A loco auget rei atrocitatem. nam neq; in foro, neq; in curia, neq; in comitio licebat cum telo esse: multo minus cum sica. Ei viro) Pompeio. Cuius in vita nitebatur salus ciuitatis) .i. quo viuo reip. salus nunq̄ interiret, quæ eo mortuo periclitaretur. Hinc Scipioni in eius somnio Publius auus apud M. Ciceronem, Tu eris, inquit, quo nitatur ciuitatis salus. Sed omnes gentes concidissent) .i. de Romano imperio actum fuisset. nam perditissimi erant Coss. L. Piso & A. Gabinius, furiosissimus Trib. pleb. P. Clodi⁹.

Volūtas an facti loco habeatur.

Perinde quasi exitus rerum) Authore Martiano Iurisconf. ad legem Corneliam de sicarijs, D. Hadrianus rescripsit eum qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc admiserit, absolui posse. Qui vero nō occiderit, sed vulnerauerit, vt occidat, pro homicida damnandum. Plato vero in lib. de Legibus. ix. aliter ad hanc fere sententiam sancit. Qui voluerit, inquit, cogitaueritq; amicum hominē ex his, quod prohibet lex, interficere, vulnerauerit autem nec interficere potuerit, hunc omni remota misericordia non aliter q̄ si vita priuasset dare cædis pœnā cogeremus, nisi fortunam eius, non omnino proteruam atq; dæmonem coleremus: qui tam vulneratum q̄ vulnerantem misericordia prosecutus infelicitati vtriusq; obstitit, fecitq; ne vulnus huic letiferum, illi fortuna calamitasq; execranda infligeretur. Huic igitur dæmoni habebimus gratiam, atq; eius beneficio minime aduersati, ab eo qui vulnerauit supplicium mortis auferemus, & in propinquam vrbem per vitam reliquam exulare statuemus, nullo rerū suarum omnino fructu priuatum, damno tamen prius restituto, si quid obfuit vulnerato quod a iudice rei huius fuerit coustitutum. Censet hic autē Cicero consilia perinde vt exitum rerum habenda, id est voluntatem reputari pro facto.

Quoties ipse Iudices ex P. Clodii telis, & cruentis eius manibus effugi? ex quibus si me non mea, vel reip. fortuna seruasset, quis tādem de interitu meo quæstionem tulisset? Sed

Sed stulti sumus et .. conclusio ... clodij ... at vt nihil acerbius.

Aliud ... vt ... mors ... fuisse ... vt ... exaggeratio ... facinoris ... clodij a suo periculo.

stulti sumus, qui Drusum, qui Africanum, Pompeium, nosmetipsos cum P. Clodio conferre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa: P. Clodii mortẽ æquo animo nemo ferre potest: luget Senatus, mœret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur coloniæ, agri deniq̃ ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum ciuẽ desiderant. Non fuit ea causa Iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam. Sed homo sapiens & alta quadam mente præditus, multa vidit, fuisse sibi illum inimicum, familiarem Milonem: in communi omnium lætitia si etiam ipse gauderet, timuit ne videretur infirmior fides recōciliatæ gratiæ. Multa etiam alia vidit: sed illud maxime, quamuis atrociter ipse tulisset, vos tamen fortiter iudicaturos. itaq̃ delegit e floretissimis ordinibus ipsa lumina. Neq̃ vero quod nonnulli dictitant, secreuit in iudicibus legendis amicos meos. neq̃ enim hoc cogitauit vir iustissimus, neq̃ in bonis viris legendis id assequi potuisset, etiā si cupisset. Nō enim mea gratia familiaritatibus continetur, quę late patere non possunt, propterea ꝙ cōsuetudines victus nō possunt esse cū multis: sed si quid possumus, ex eo possumus, ꝙ resp. nos coniunxit cum multis, ex quibus ille cum optimos viros legeret, idq̃ maxime ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non studiosos mei. Qz vero te L. Domiti huic quæstioni præesse maxime voluit, nihil quæsiuit aliud, nisi iustitiam, grauitatem, humanitatem, fidem. Tulit vt Cōsularem necesse esset credo, ꝙ principū munus esse ducebat resistere & leuitati multitudinis, & perditorum temeritati. Ex Consularibus te creauit potissimum: dederas enim ꝙ cōtemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima.

Senio cōfecta.

Gratia recōciliata.

L. Domiti

Quoties ipse)id est quoties P.Clodius me interficere conatus est. Tolerabilia fuerunt illa,P.Clodij mortem &c.)A Milonis aduersarijs hæc dicta fuerunt, quæ tanquam falsa Cicero irridet. Agri desiderant)Metaphora est.inanimis enim rebus datur sensus. Senio)id est ægritudine & tristitia. Squalent municipia)Municipia quid a colonijs distent scribit Aulus Gellius cap. xiij. libri.xvj. Ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratię)id est ne illa gratiæ reconciliatio simulata. ideoque infida videretur. Municipia.

Florentissimis ordinibus)Senatorio & Equestri. Non enim mea gratia familiaritatibus continetur)id est parua non est mea gratia, vt apud eos solum valeã, qui ipsi mihi sint familiares.Vel gratiam ponit pro amicorum copia. In qua significatione dici testis est Asconius. Si quid possumus)id est si quam potestatem habeo ex amicorum multitudine. Optimos viros legeret)Nam prius delegit Pompeius Senatores viros optimos,qui postea sortiti sunt,vt eorum legitimus esset numerus. Quod vero te L.Domiti)Cn.Pompeium Aenobarbum Asconius appellat, Dicitque Põpeiũ legem tulisse,vt Quæsitor qui huic causæ præesset crearetur populi suffragio ex Consularibus viris,quo populi suffragio habitis comitijs hunc Domitium Quæsitorem factum. Munus)i.officium. Populares insanias)id est populi furorem, vel potius furorem Tribunitium,vt Cn.Manlij Trib.pl.de quo Asconius,Multi enim ex Trib.pleb. nimiũ populares erãt,turbulentas & seditiosas leges ferebant.furiosis concionibus populum excitabant. Ideo furiosi,turbulenti,seditiosi sæpe appellantur. Ab adolescentia)quum Prætor esses. Adolescentem enim appellari etiam eum qui sit annorũ.xxx. scribimus in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. Adolescẽs

Quamobrem Iudices vt aliquando ad causam crimenque veniamus:si neque omnis confessio facti est inusitata : neque de causa quicquam nostra aliter, ac nos vellemus a Senatu iudicatum est:& lator ipse legis,cum esset controuersia nulla facti,iuris tamen disceptationem esse voluit:& electi iudices, & isti præpositus quæstioni, qui hæc iuste sapienterque disceptet: reliquum est Iudices vt nihil iam aliud quærere debeatis,nisi vter vtri insidias fecerit:quod quo facilius argumentis perspicere possitis,rem gestam vobis dum breuiter expono,quæso diligenter attendite. P. Clodius cum statuisset omni scelere in Prætura vexare rempublicã, videretque ita tracta esse comitia anno superiore,vt nõ multos mẽses Præturã gerere posset : qui nõ honoris gradũ spectaret, vt cæteri, sed & L.Paulũ Collegã effugere vellet singulari virtute ciuem,& annum integrũ ad dilacerandam rempublicã quæreret:subito reliquit annum suum , seque in annum proximum

transtulit, non religione aliqua, ſed vt haberet, quod ipſe dicebat, ad Præturam gerendam, hoc eſt ad euertendā rempublicam plenum annum atq; integrum: occurrebat mancam ac debilem Præturam ſuam futurā Cos. Milone: cum porro ſummo conſenſu populi Romani Conſulē fieri videbat, contulit ſe ad eius competitores, ſed ita, totam vt petitionē ipſe ſolus etiam inuitis illis gubernaret: tota vt comitia ſuis, vt dictitabat, humeris ſuſtineret: conuocabat tribus, ſe interponebat, coloniam nouam, delectum perditiſſimorum ſcribebat ciuium. Quanto ille plura miſcebat, tanto hic magis in dies conualeſcebat. Vbi vidit homo ad omne facinus paratiſſimus fortiſſimum virum, inimiciſſimū ſuum, certiſſimū Conſulem: idq; intellexit, non ſolum ſermonibus, ſed etiam ſuffragiis populi Romani ſæpe eſſe declaratum, palam agere cœpit, & aperte dicere, occidendū Milonem. Seruos agreſtes & Barbaros, quibus ſyluas publicas depopulatus erat, Etruriamq; vexarat, ex Appennino deduxerat: quos videbatis: res erat minime obſcura. Etenim palam dictitabat, Conſulatum Miloni eripi non poſſe, vitam poſſe. Significauit hoc ſępe in Senatu, dixit in cōcione: quin etiam Fauonio fortiſſimo viro quærenti ex eo, qua ſpe fureret Milone viuo: reſpondit triduo illum, ad ſummū quatriduo periturū. Quam vocem eius ad hunc M. Catonem ſtatim Fauonius detulit.

Quamobrem Iudices) Venit Cicero ad narrationem: ideoq; ſtrictim & per capita repetit quæ iam refutauit. Id enim plerunq; facit Cicero, vt breuis ea repetitio, ſit velut eius partis concluſio per enumerationem. Vt enim totius orationis, ita ſingularum partium ſua concluſio eſt, quæ in mentem auditorum reuocat quæ dicta ſunt, eóſque iudices facit, vt quæ reliqua ſunt audiant attentius. Si neque omnis confeſſio facti eſt inuſitata) id eſt ſi aliquando liceat fateri ſe feciſſe, quod iure factum defendatur. id eſt ſi refutaui quod aduerſarij iactabant fas eſſe intueri lucem &c. Neque de cauſa noſtra) Nam id erat ſecundum, quod aduerſarij iactabant, cędem qua P. Clodius occiſus eſt, Senatum iudicaſſe contra rempublicam eſſe factam. Et lator ipſe legis) id eſt Pompeius. Id erat tertiū. Cū eſſet cōtrouerſia nulla facti) i. cū Milo fateretur. Prę-

positus quæstioni) L. Domitius Quæsitor. Quęstioni) i. causæ, vt iam sæpe. Vter vtri insidias fecerit) Ibi status quæstionis est. Nam si Milo fecit insidias, damnandus est: si Clodius, Milo liberādus. illud pręcipue vult probare Cicero Clodium fecisse insidias: quas ex re nascitur iudicium. Ideo iudices admonet, vt sint audiendo attentiores.

Argumentis) id est probationibus. Breuiter expono) Narrationis illę virtutes sunt apud Quintilianum libro quarto, vt sit aperta, sit breuis, sit credibilis. Breuitas autem versiculorum numero metienda non est. Breuis narratio est in qua nihil superuacaneum est, estq; tolerabilius aliquid esse superuacaneum, q̄ eam esse nimis concisam. Nā vt ait Quintil. superuacua cum tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahūtur. Hæc autem breuitas reliquarum quoq; orationis partium virtus est, ideoq; Cicero & alij solent polliceri, fore vt breuiter dicant. P. Clodius) Narratio est, quam fieri apertam magis Sulpitius Victor ait, si a recto casu incipiat: cuiusmodi multæ sunt Tullianæ. P. Clodius aliquot annis postquam fuerat Trib. pl. adiecit animum ad Præturam. Eo anno relicto in annum proximum cœpit petere. In quo anno comitia itidem tracta sunt. Nam in eum annum Milo, Metellus, Scipio, & Hypseus Consulatum petebant. Hi largitione multa populum corrumpebant, & inter se armis sæpe contendebant, vt ait Plutarchus in vita Catonis. Eam ob causam dies comitiorum differebatur. Iisdem autem auspicijs & comitijs Prætores & Consules fiebant. Tracta) id est dilata, vt extrahere tempus sæpe Titus Liuius. quod Sallustius proferre & prolatare dicit. Contractiores noctes, vt arbitror, M. Cicero appellat in procemio in Paradoxa, longiores & hybernas. Non honoris gradum) Magistratuum ille ordo Romæ erat, prima: Aedilitas, deinde Prætura, tum Consulatus. Est igitur Prætura gradus ad Consulatum, qui honos amplissimus est. L. Paulus) vt ait Cicero in oratione in Vatinium testem singularis vir fuit, & ciuis, homo ad rempublicam conseruandam natus, qui duos nefarios patriæ proditores domesticos hostes legibus exterminauit. Is est qui Cos. Marcellum Collegam habuit, quē M. Lepidus frater Triumuir proscripsit. Annum suum) id est quo ætatem legitimam ad gerendam Præturam ageret. Hoc est ad euertendam rempublicam) Illud sæpius dicendum, quia semper in iudiciali oratione adnitendum, vt q̄ pro nobis sunt amplificemus, quæ sunt contra nos extenuemus.

Fieri consulem) Facere Quæstorem, Trib. pl. Prætorem, Consulem, Censorem Cicero sæpe dicit: alij non inusitate dicunt creare. Competitores) Hypseum & Scipionē.

Petitionem gubernaret) diceret vulgus totam brigam duceret. Illis) competitoribus. Tota comitia suis humeris sustineret) id est omnes vt ipse vellet suffragium daturi essent. Coloniam nouam scribebat) quo plures suffragaturi essent. Scipioni & Hypseo: Coloni enim suffragij ius habebant. Delectum perditissimorum scribebat ciuium) ad vim potius faciendam, q̄ ad ferendum suffragium. Miscebat) id est perturbabat. Hic) Milo. Magis conualescebat) i. certior Consul fiebat. Certissimum) id est indubitatum: non q̄ adhuc esset, sed erat certissimum fore vt fieret. Sermonibus) id est fama. Deduxerat) Romam. Fauonio) M. Fauonium, M. Catonis amicū & ęmulum fuisse Plutarchus in eius vita scribit. Ad summum) Vulgus diceret, aut ad summum. hæc particula aut doctis omitti solet. T. tamen Liuius libro. lib. xxxiiij. eam adiunxit. Satis, inquit, compertum habemus duorum, aut ad summū triū in ea re nouitatis culpam esse. Quos videbatis) Narrationem falsam fieri credibilem Quintilianus

Breuis narratio.

Trahere & extrahere tempus.

Facere Quęstorē & similia.

Adsūmū.

ait libro.iiij.Si vere alicui rei cohæreat.Vt Sinon Virgilianus in libro Aeneid.secundo, falsis immiscet vera de Palamedis interitu,quem Troianis ignotum non esse sciebat, Ideo ait,Haud ignota loquor.vt quum Milonis & Clodij pugna fortuita fuerit,Cicero fecit verisimile a Clodio factas insidias.

Interim cũ sciret Clodius (neq; enim erat difficile scire) iter solenne,legitimum,necessarium,ante diem.xiii.Calend. Februarii Miloni esse Lanuuium ad Flaminem prodendum, q erat Dictator Lanuuii Milo:Roma subito ipse profectus pridie est,vt ante fundum suum (quod re intellectum est)Miloni insidias collocaret:atq; ita profectus est, vt concionem turbulentam,in qua eius furor desideratus est, quæ illo ipso die habita est,relinqueret.Quam,nisi obire facinoris locum tempusq; voluisset,nunquã reliquisset. Milo autem,cum in Senatu fuisset eo die,quoad Senatus dimissus est, domum venit,calceos & vestimenta mutauit:paulisper, dum se vxor (vt fit)cõparat,commoratus est:deinde profectus est id temporis,cũ iam Clodius(si quidẽ eo die Romã venturus erat) redire potuisset.obuiam fit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda, nullis impedimentis,nullis Græcis comitibus (vt solebat)sine vxore,quod nunq̃ fere:cũ hic insidiator,qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore veheretur in rheda penulatus,vulgi magno impedimento,ac muliebri & delicato ancillarũ puerorũq; comitatu,fit obuiam Clodio ante fundum eius hora fere vndecima,aut non multo secus. Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, aduersi rhedarium occidunt:cum autem hic de rheda reiecta penula desiluisset, seq; acri animo defenderet,illi,qui erãt cũ Clodio,gladiis eductis partim recurrere ad rhedam,vt a tergo Milonem adorirentur:partim q hunc iam interfectũ putarẽt,cædere incipiũt eius seruos,qui post erãt.ex quibus qui animo fideli in dominũ erãt, & presentes fuerunt,partim occisi sunt:partim cũ ad rhedam pugnari vi

derent,& domino succurrere prohiberentur, Milonecp occi-
sum esse etiã ex ipso Clodio audirét,& ita esse putarét, fece
rũt id serui Milonis (dicã enim nõ deriuãdi criminis causa,
sed vt factum est)necp imperante,necp sciẽte, necp præsente
domino,quod suos quisq seruos in tali re facere voluisset.

Solenne iter).i.quod certo anni tempore fieri solebat. Authore Sex.Pompeio solennia sacra sunt quæ certis anni temporibus fiunt. Virgilius in Bucolicis dicit solennia vota.& in lib.Aeneid.iij.solennes dapes,quas Seruius esse dicit legitimas & anniuersarias.Cicero in Pisonem,Festos dies & solennes.& in Oratione de Responsis Aruspicũ solennes menses & cerimonias dicit. Legitimum)id est quod lege faciendum erat vt proderet Flaminem.ideo necessarium. Lanuuium)Lanuuium, vt ait Appianus lib. bellorum ciuilium.ij.a Diomede post euersam Troiam in Italiam aduecto conditum est:distatq ab vrbe Roma stadia.c.&.l.Indigena Milo erat. Flaminem prodendum) Prodere Flaminem vt capere Vestalem,dicere Dictatorẽ & Magistrum equitum,facere Consulem,dicere solemus.Prodere Interregẽ, Asconius & Cicero in Oratione pro domo sua dixerunt. Concionem turbulentam relinqueret)Quo die P.Clodius occisus est,C.Sallustius,& P.Pompeius Trib.pl.& inimici Milonis,& satis inquieti concionati sunt,vt ait Asconius.Sed Q. Pompeium potius intelligi putat,q eius seditiosior concio fuerit. Quoad Senatus dimissus est)quoad in Senatu,vt dicit vulgus factum est.quod genus dicendi vt ornatum ita frequens est.Quintilianus libro quarto docens qua ratione narratio fiat credibilis(hoc enim tertia narrationis,vt dixi,virtus est vt sit credibilis)locum hunc commendat maxime.Optime,inquit,præparationes erũt quæ latuerint iudices:vt a Cicerone sunt quidem vtilissime omnia prędicta,per quæ Milo ni Clodius non Clodio Milo insidiatus esse videatur.Plurimũ tamẽ facit illa calidissima simplicitatis imitatio. Milo autem quum in Senatu fuisset eo die,quoad Senatus est dimissus,domum venit,calceos & vestimenta mutauit.Paulisper dum se vxor,vt fit,comparat,commoratus est.q̃ nihil preparato,nihil festinato fecisse videtur Milo. Quia non solum rebus ipsis vir eloquentissimus Cicero,quibus moras,& lentum profectionis ordinem ducit,sed verbis etiam vulgaribus & cottidianis & arte occulta consecutus est:quæ aliter si dicta essent,strepitu ipsum iudicem,deinde patronum excitasset.Frigida videntur ista plerisq,sed hoc ipsum manifestum,quomodo iudicem fefellerint:quod vix a lectore deprehenditur. Hactenus ille. Cuius ex verbis cognosci possit,in ea parte narrationis in qua causæ nostræ momentum præcipuum sit,etiam simpliciter loquendum,& verbis cottidianis vtendum . Diatyposim.i.descriptionem aut deformationem esse Romanus Aquila dicit,q res ita describatur & deformetur, vt pene sub oculos subijci videatur.Cicero,inquit,deformat Milonem in rheda sedẽtem, penulatum cum vxore:item Clodium cum equo & expeditis e villa egredientẽ. Ante fundum eius)Albanum dictum,qui viam Appiam tangebat. Rheda) nomen Gallicum est currum significans,quo nomine vsum esse Ciceronẽ Quintilianus. lib.j. tradit. Vxor)Fausta L.Syllæ filia. Commoratus est)id est aliquam moram fecit,

Prodere Flaminem

Rheda.

Id temporis) i. eo tempore, quæ dicendi forma Ciceroni familiaris eſt. Redire potuiſſet) Romam. In equo) Vulgus diceret ſuper equum. Facultatem an potuerit, ad cõiecturam pertinere Quintilianus libro. vij. tradit. Nam quæritur ſi potuit, an ſperauerit, ideoq; ſpectari debent etiam inſtrumẽta. vt Clodij & Milonis comitatus. Clodij & Milonis habitus deſcriptus eſt ad faciendã fidem Clodiũ Miloni feciſſe inſidias. Impedimenta) Impedimenta dicuntur ſarcine quæ neceſſariȩ ad vſum viæ feruntur, veluti quæ arcis muli aut hippoperis equi vehunt. Hippoperas Seneca appellat culeum ſcorteum, quo veſtes aliaq; eiuſdem generis in equo vehuntur. Hic inſidiator) id eſt Milo. Eſt ironia Aut) quem aduerſarij inſidiatorem dicunt. Puerorum) id eſt ſeruorum iuniorum, quales famulos habere ſolent diuites. In hac ſignificatione puer vſitate dicitur. Terent. in Andr. Et puerum inde abiens cõueni Cremis. Hora fere vndecima) Ab oriente ſole ad occidentem Romani veteres horas duodecim numerabant. Diebus breuioribus horæ breuiores, longioribus longiores erant. Hunc morem in Iudæa quoq; obſeruari ſolitum libri ſacri multis in locis teſtantur. Nam hora vndecima. xiij. Calen. Feb. erat circa horam tertiam promeridianam cum dimidia, more noſtro numerando. In hunc) Milonem. De loco ſuperiore) Inęquale iter ibi fuiſſe ſignificat, vbi pugna commiſſa eſt. Aduerſi id eſt ex parte aduerſa & anteriore. Rhedarium) qui rhedam ducebat, ideſt aurigam. Pręſentes) ideſt præſenti & acri animo fuerunt, non exanimati. Deriuandi) Deriuare crimen, eſt deflectere, ab eo ad quem pertineat, ad eum ad quem non pertineat. Cicero libro Epiſtolarum ad Att. iiij. Id poterat inficiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. Terent. In Phormione, in me deriuem iram ſenis, dicit. Aut deriuare pro eo quod eſt deuitare poſuit. Quod ſuos quiſq; ſeruos) Deuitauit Cicero inuidiam verbi. Non enim dicit, occidit. Id enim verbum re nondum probata grauius fuiſſet & aſperius. Quintilianus libro ſeptimo authore, ipſa rerum neceſſitas nos deducit ad defenſionẽ: vt accuſatur Milo q̄ Clodium occiderit. Aut fecit, aut non. Optimum erat negare. Si non poteſt, fatetur. Occidit ergo iure aut iniuria. Iure, ergo aut voluntate aut neceſſitate. Voluntate, vt id pro republica fuerit. Neceſſitate, ſubita igitur pugna, non præparata. Alter igitur inſidiatus eſt. Vter? Clodius. Præterea. Aut voluit occidere inſidiatorem Clodium, aut non. Tutius ſi noluit. Fecerunt ergo ſerui Milonis neq; iubente, neq; ſciente Milone. At hæc tam timida defenſio detrahit authoritatem illi, qua recte dicebamus occiſum. Adijcietur quod ſuos quiſq; ſeruos facere voluiſſet) Quintiliano placet in lib. iiij. breui quadam ſententia nonnunquam reficiendum iudicis velut ſtomachum audiendi attentione fatigatum. Qualis, inquit, eſt illa, Fecerunt ſerui Milonis, quod ſuos quiſq; ſeruos in re tali facere voluiſſet.

Hæc ſicut expoſui, ita geſta ſunt Iudices: inſidiator ſuperatus, vi victa vis, vel potius oppreſſa virtute audacia eſt. nihil dico quid reſp. cõſecuta ſit, nihil quid vos, nihil quid oẽs boni: nihil ſane id proſit Miloni, qui hoc fato natus eſt, vt ne ſe quidem ſeruare potuerit, quin vna rẽp. voſq; ſeruaret. Si id

íure non poſſet,nihil habeo quod defendam.Sin hoc & ratio doctis,& neceſſitas Barbaris,& mos gentibus,& feris natura ipſa pſcripſit,vt omnẽ ſemper vim,quacunq; ope poſſent, a corpore,a capite,a vita ſua propulſaretur:non poteſtis hoc facinus improbum iudicare:quin ſimul iudicetis ,omnibus qui in latrones inciderint,aut illorũ telis,aut veſtris ſententiis eſſe pereundum. Quod ſi ita putaſſet,certe optabilius Miloni fuit dare iugulũ P.Clodio nõ ſemel ab illo,neq; tum primũ petitũ,q̃ iugulari a vobis,quia ſe illi non iugulandum tradidiſſet.Sin hoc nemo veſtrum ita ſentit,illud in iudiciũ venit:non occiſus ne ſit,quod fatemur:ſed iure an iniuria,qđ multis antea in cauſis iam quęſitum eſt.Inſidias factas eſſe conſtat,& id eſt,quod Senatus cõtra rẽpublicã factũ iudicauit.ab vtro factæ ſint,incertũ eſt.de hoc igitur latum eſt,vt quæreretur . Ita & Senatus rem , non hominem notauit:& Pompeius de iure,non de facto quæſtionẽ tulit.Nũquid igitur aliud in iudicium venit,niſi vter vtri inſidias fecerit?profecto nihil.ſi hic illi,vt ne ſit impune:ſi ille huic,tũ nos ſcelere ſoluamur.Quonam igitur pacto probari poteſt,inſidias Miloni feciſſe Clodiũ?ſatis eſt quidẽ in illa tã audaci,tã nefaria bellua docere,magnã ei cauſam,magnã ſpem in Milonis morte ppoſitam,magnas vtilitates fuiſſe.Itaq; illud Caſſianũ,Cui bono fuerit,in his perſonis valeat,etſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem,improbi ſæpe paruo.

Vim vi repellere licet.

Cui bono fuerit.

Hæc ſicut expoſui) Finis narrationis eſt.Finita narratione venit ad confirmationem.Sunt qui velint narrationem eouſq; perduci oportere,quoad veniatur ad quæſtionem,id eſt ad id de quo principalis controuerſia eſt,vt apud Ciceronem in Oratione pro A.Cecinna,His rebus ita geſtis P.Dolabella Prætor interdixit , vt eſt conſuetudo,de vi hominibus armatis ſine vlla exceptione tantum,vt vnde deieciſſet reſtitueret. Reſtituiſſe ſe dixit.Sponſio facta eſt. Hac de ſponſione vobis iudicandum eſt. Aliquando poſt narrationem ſubiungitur concluſio, quæ ſolet in argumentis ſumma eſſe. Hæc ſicut expoſui,ita geſta ſunt Iudices.Inſidiator ſuperatus eſt,vi victa

vis,vel potius oppressa virtute & audacia est. Author est Quintilianus libro quarto. Alia profecto post argumenta, id est post confirmationem & refutationem conclusio non sit. Ideo postquam docuerit Cicero Clodium insidiatorem iure occisum sine ulla conclusione,incipit docere Clodij mortem reipublicę salutarem esse. Hoc enim vice conclusionis est. Non potuit se seruare in his Clodij insidijs. Quin vna rempublicam &c.) id est,quin P.Clodium interficeret,cuius interitus reipublicæ,vestraqꝫ salus est. Si id iure non posset) scilicet seruare se. Dare iugulum) id est se iugulandum.

Illud in iudicium venit) Quid sit in quo versetur quæstio,qui sit status causæ docet, vt eo attendentes animum Iudices de quo pronunciaturi sint,audiant diligentius.

Quod multis) Repetit strictim ea quæ ante narrationem refutauit. Latum est) Pompeij lege. Rem) id est insidias. Non hominem) Milonem. De iure) id est iure ne an iniuria Clodius occisus fuerit. Quæstionem tulit) id est legem,vt quæreretur. Quoniam igitur) Confirmatio est. Ad hoc enim narrauit vt Clodium fecisse insidias doceret. Id multa hic ratione confirmat. Bellua) id est P.Clodio. Magnam ei causam) Primum argumentum quo id probat,id est P.Clodius si Milonem occidisset,magnam inde vtilitatem percepisset. Quòd Milo Clodium occiderit magnum habet detrimentū. Fuit igitur vtile Clodio,vt Milo interiret. Miloni inutilis mors Clodij est. Quocirca sentiendū est Miloni Clodium fecisse insidias. Itaqꝫ illud Cassianum) Hoc quoqꝫ argumento vtitur Cicero in oratione,qua Sex.Roscium Amerinum reum parricidij defendit,qꝫ ex cæde patris eius ei incommodi plurimum obtigerit,accusatoribus vero plurimum vtilitatis,ideoqꝫ ab accusatoribus non a filio eum occisum contendit. L.inquit,Cassius ille,quem populus Romanus verissimum & sapientissimum Iudicem putabat,identidem in causis quærere solebat,cui bono fuisset. Sic vita hominum est,vt ad maleficium nemo conetur sine spe atqꝫ emolumento accedere. Hunc Quæsitorem ac Iudicem fugiebant atqꝫ horrebāt ij,quibus periculum creabatur,ideoqꝫ tametsi veritatis erat amicus,tamen natura non tam propensus ad misericordiam,q̄ implicatus ad seueritatem videbatur. Bono) id est vtilitati. In fraudem) id est in vitium. In oratione de responsis Aruspicum,Miserior es quum in omnem fraudem raperis oculis,q̄ si omnino oculos non haberes. in qua significatione fraus sæpe dicitur.

L.Cassij dictum.

Fraus.

Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur, non modo vt Prætor esset,nō eo Cōsule,quo sceleris nihil facere posset:sed etiam his Consulibus Prætor esset,quibus si non adiuuātibus,at cōniuētib⁹ certe sperasset se posse rēpublicā eludere in illis suis cogitatis furoribus. Cuius illi conatus, vt ille ratiocinabatur,nec si cuperēt,reprimere possent:cum tātū beneficiū ei se debere arbitrarētur,& si vellent, fortasse vix possent frangere hominis sceleratissimi corroboratam iam vetustate audaciā. An vero Iudices vos soli ignoratis?

vos hospites in hac vrbe versamini? vestræ peregrinantur aures? neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur? quas ille leges (si leges nominandæ sunt, ac non faces vrbis, & pestes reipub.) fuerit impositurus nobis omnibus, atque inustu rus? Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo: & ex mediis armis, turbaque nocturna, tanquam Palladiũ sustulisse, vt præclarum, inde munus ac instrumentum Tribunatus ad aliquẽ si nactus esses, qui tuo arbitrio Tribunatum gereret, deferre posses.

Clodius hoc assequebatur) Clodij personam prius tractat vt eius odio sensim iudices imbuantur. Non eo) Milone. Quo) Milone Consule. His) Consulibus Hypseo & Scipione. Conniuentibus) id est permittentibus, aut certe nihil obsistentibus rempublicam eludere, id est fallere. nam si Prætor factus fuisset, eius fidei resp. se commisisset, eam autem omni scelere vexasset. Suis cogitatis furoribus) Cogitarat enim rempublicam in Prætura dilacerare & euertere. Illi) Consules. Tantum beneficium ei) id est quum ei Clodio se obligatos esse maxime sentirent, quod eius beneficio Consules essent. Vestræ peregrinantur aures) id est velut hospites, & peregrini non audiuistis quæ in Vrbe fama peruagata sit. Peregrini enim & incolæ, vt ait Cicero libro de Officijs, nihil præter suum negocium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena republica esse curiosum. Hospitis idem officium est. Eadem sententia est in Ciceronis oratione pro C. Rabirio, quum negat fidem publicam a Consule sine authoritate Senatus dari potuisse. Quæ fides, inquit, Labiene, qui potuit sine Senatusconsulto dari? Adeo ne hospes huiusce vrbis, adeo ne ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, vt hæc nescias, vt peregrinari in aliena ciuitate, non in tua magistratum gerere videare? Ac non faces &c.) Collectio est. Estis ne igitur tanquam hospites & peregrini, non ciues. Exhibe quæso Sex. Clodi) Hic Sex. Clodius helluo spurcissimus, homo egentissimus & facinorissimus, libidinum P. Clodij prægustator. eius enim sororis fellator erat, cum qua velut vxore Publius consuescebat, legum ab eodem latarum scriptor: cuius consilio P. Clodius permulta reip. perniciosa mouebat. cui omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues P. Clodius lege sua tradidit. Qua ex re primum caritas nata est, deinde inopia, impendebat fames. Author est M. Cicero in Oratione pro domo sua. Librarium dicere videtur pro armario eo in quo libri reponuntur. deinde librarium pro libris, vt sit continens pro contento, quemadmodum codices librariorum Asconius appellat. Antiqui magistratus, vt ait Sex. Pompeius res in suo imperio factas in tabulas scribebant, & proxime atrium locum habebant, vbi huiusmodi tabulæ asseruarentur, quod a tabulis tablinum appellabatur. Huius moris meminit Pli. cap. j.

Aures peregrinantur.

Librariũ.

Tablinum. lib.xxxv. Tablina,inquit,codicibus implebantur,& monimentis rerum in magistratu gestarum. Librarium pro tablino dixisse putem. Tabulinum in alia quoq; re dici M.Varro testis est.cuius illa verba sunt apud No. Marcellum, ex lib.de vit.po.Ro. Ad focum hyeme ac frigoribus cœnitabant,æstiuo tempore in propatulo, rure in chorte, in vrbe,in tabulino,quod mœnianum possumus intelligere, tabulis fabricatum. Vel intelligendum est de legibus illis quas P.Clodius,si foret Prætor latur⁹ esset, quas iam ipse scripserat,quæ quoniam erant ad vexandam rempub.furioso alicui Trib.ple.vtiles esse possent. Eripuisse)id est extraxisse liberalse.E domo)tua,vel P. Clodij. Tanq̃ Palladium sustulisse) Alludit ad Palladium ab Vlysse& Diomede Antenoris opera sublatum,vt Dictys Cretensis in lib.v.scribit,Quemadmodum Palladium illud fatale erat,vt ibi sedes imperij esset vbi id Palladium esset.ita Sex.Clodius hoc legum Clo-
Palladium dianarum instrumento Trib.pleb.qui potitus sit,eum Tribunatum bene administraturum putat. Instrumentum) protocolam notarij appellant. Exhibe Sex.Clod.) In oratione quo maior varietas sit,non oportet verba ad vnum aliquem semper dirigi:sed modo ad auditores,modo ad aduersarios,modo ad litigatores nostros,modo ad absentes,modo ad alios per apostrophen.

Et aspexit me quidẽ illis oculis,quibus tũ solebat,cũ omnia omnibus minabatur.Mouet me quippe lumẽ curię.Quid?tu me iratũ Sexte putas tibi?cuius tu inimicissimũ multo cru-
Punitus es. delius etiã punitus es,q̃ erat humanitatis meę postulare?Tu P.Clodii cruẽtũ cadauer eiecisti dom[o]:tu in publicũ eiecisti: tu spoliatũ imaginibus,exequiis,pŏp[a], [l]audatione, infelicis-
Semiustulatum. simis lignis semiustulatum nocturnis [c]anibus dilaniandum reliquisti,quam rem etsi necessario fecisti,tamen quoniam in meo inimico crudelitatem exprompsisti tuam, laudare non possum,irasci certe non debeo.P.Clodii Præturam non sine maximo rerum nouarum motu proponi solitam esse videbatis,nisi esset is Consul,qui eam auderet possetq; confringere: eum Milonem esse cum sentiret vniuersus pop. Ro.quis dubitaret suffragio suo,se metu,periculo Remp.liberare?

Et aspexit me)Ad Iudices verba deflectit de Sex.Clodio loquẽs,rursus ad eum Sex. Clodium.Tu me iratum &c.)A causa breuis quædam digressio est pro Milone,Et aspexit me illis quidem oculis,quibus tum solebat,quũ omnibus omnia minabatur. Author est Quint.lib.ix. Quibus tum solebat)quum scilicet P.Clodij Trib.pl.scriptor erat.huic enim P.Clodius tantũ deferebat,vt eius arbitratu fere omnia faceret. Lumẽ

curię) Ad curiæ incendium alludit.vt est apud Asconium.Sed videtur per ironiam si-gnificare Sex.Clodiũ Senatorẽ clarissimũ. Cuius tu inimicissimũ).i.P.Clodium. Punitus es)Vt assentio & assentior,impertio & impertior, reuerto & reuertor, aliaq; eiusdem generis multa:ita punio & punior in eadem significatione dicimus.Punitur pro punit authore No. Marcello dicimus.Cicero.j. de Offic. Neq; ad eius qui punitur aliquem,aut verbis castigat,sed ad reip.vtilitatem referri.Idem in lib.Tuscul.Quæst.j.Tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem,quum multi inimicos etiã mortuos puniuntur.In vulgatis codicibus hic puniuntur,illic punit inuenias: quare emaculandi sunt. Cruentum cadauer)Hæ sunt cerimoniæ quæ in funere virorum clarissimorum fieri solebant,quibus per Sex.Clodium priuatum eum Cicero dicit. Harũ etiam postea meminerit,quas etiam ab inimicis concedi solere dicet. Cruentum cadauer)Mos erat vt mortui lauarentur & vngerentur. Virgilius in.vj.Aeneid.de funere Miseni,Pars calidos latices,& ahena vndantia flammis expediunt, corpusq; lauant frigentis & vngunt.Et lib.Aeneid.iiij.de Didone quæ sibi mortem consciuerat, Date vulnera lymphis Abluã.Apud eundem lib.ix.queribunda Euryali mater dicit, Nec vulnera laui Veste tegens.Ennius,Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.Id autem lauandi officium propinquorum erat,si qui aderant.Mortuos efferebant propinquiores virilis sexus,vt ait Seruius lib.Commentariorum in Aeneid.Virgilij.vj. Eiectum domo & eiectum in publicum P.Clodij corpus non elatum est. Spoliatũ imaginibus)Authore Plinio cap.ij.lib. xxxv. apud maiores in atrijs erant imagines quæ spectarentur,non signa externorum artificum, non æra,non marmora. expressi cera vultus singulis disponebantur armarijs,vt essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera.Semperq; defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquã fuerat populus. Exequijs)Seruius lib.Commentariorum in Aeneid.ij.scribit. Funus, ardens cadauer:dum portatur,exequias:dum crematum est reliquias & bustum:dum conditũ est,sepulcrum dici. Laudatione)id est funebri oratione,de qua scribimus satis multa in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. Infelicissimis lignis)id est subsellijs, tribunalibus,mensis,codicibus librariorum,quo igne & ipsa quoq; curia arsit. Semiustulatum) id est semicombustum.Nam propter curiæ incendium expectari Sex.Clodius ausus non est.Mos erat veterũ Romanorum vt mortuorũ corpora cremarentur, quemadmodũ & Gallorum.Quid autem obseruari solitũ sit,Virg.in Miseni funere significat.Postq̃, inquit,collapsi cineres & flãma quieuit,Reliquias vino & bibulã lauere fauillam,Ossaq; lecta cado texit Chorineus aheno.Sex Pompeius tradit bustum proprie dici locum in quo mortuus est sepultus,quasi bene vstum.Vbi vero cõbustus quis est tantũmodo,alibi vero sepultus,is locus ab vrẽdo vstrina appellatur.Semiustulatum minus est q̃ semiustũ.Vstulare enim minus est q̃ vrere. vt agnoscere possis ex illo Pacuuiano,Candenti ferro crines vstulare & vrtica herba. Hac enim ratione calamistrati fiunt capilli.Semiustulatum etiam dixit M Varro,Ecce tibi calidis pedibus quidam nauicularius semiustulatus irrupit se in curiã.Calidis pedibus.i.citis.exponit No. Mar. Sed certe calidis,quia semiustulat⁹ erat. Nocturnis canibus).i.vulgaribus,nec dñm habentibus:a quo ad tutelã domus educarent. Aut intellig t canes eos,quos vt anseres ali publice in Capitolio,vt significet si nocte fures venirẽt. Cicero scribit.p Roscio A me Necessario fecisti).i.coactus incendio curiæ.Suffragio se suo &c.) Milonẽ facere Cõsulẽ

Punitus es.

Funeris mos.

Mortui corpus lauare.

Imagines in funere.

Exequiæ.

Bustum & Vstrina.

Semiustulatum.

At nō P. Clodio mortuo vsitatis iā rebus obnitēdū est Miloni, vt tueatur dignitatē suā? Singularis illa huic vni cōcessa gloria, quæ quotidie augebatur frāgendis furoribus Clodianis, iam morte Clodii cecidit. Vos adepti estis, ne quē ciuē metueretis: hic exercitationē virtutis, suffragationē Cōsulatus, fontē perennē glorię suæ perdidit. Itaq; Milonis Cōsulatus, qui viuo Clodio labefactari nō poterat, mortuo deniq; tētari cœptus est. Non modo igitur nihil prodest, sed obest etiā P. Clodii mors Miloni. At valuit odiū, fecit iratus, fecit inimic⁹, fuit vltor iniuriæ, punitor doloris suis. Quid? si hęc, nō dico maiora fuerūt in Clodio, q̄ in Milone? sed in illo maxima, nulla in hoc? quid vultis amplius? quid em̄ odisset Clodiū Milo, segetē ac materiā suæ gloriæ præter hoc ciuile odiū quo omnes improbos odimus? ille erat vt odisset primū defensorē salutis meæ: deinde vexatorē furoris, domitorē armorū suorū: postremo etiā accusatorē suū. reus em̄ Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Quo tādē animo hoc tyrānū tulisse creditis? quantū odiū illius? & in hoīe iniusto q̄ etiā iustū? Reliquū est vt iā illū natura ipsius, cōsuetudoq; defendat: hunc autē hæc eadē coarguāt. Nihil per vim vnq̄ Clodius, oia per vim Milo. Quid ergo iudices, cū mœrentibus vobis Vrbe cessi? nō seruos, non arma, nō vim intētauit?

Seges ac materia gloriæ.

Odiū ciuile.

At non P. Clodio mortuo) Obiectio est quam proponit Cicero, vt ostendat Clodij mortem nihil Miloni fuisse vtilem. Vsitatis iam rebus) id est solitis, id est more solito. Obnitendum) id est valde nitendum. Fontem perennem glorię) Quintil. lib. viij. metaphoræ tria genera scribens, illam metaphoram ad ornatum esse dicit: lumen orationis, claritatem generis, concionum procellas, eloquentiæ flumina. Vt Cicero pro Milone, Clodium fontem gloriæ eius appellat, & alio loco segetem & materiam. Labefactari non poterat) .i. certissimus erat. Tentari) .i. concuti leuiter. Tentari enim significat rem quæ firmiter fixa sit experiri, vt euellatur. Id elocare vulgo dicunt. Tētare in hac significatione, dicit Quintilianus lib. iij. Verum, inquit, & tunc leuiter est tentatū, tum apud Græcos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de Oratore, & nunc maximo temporum nostrorum authore prope impulsum, vt nō modo plura hæc genera, sed etiam pene innumerabilia videantur. Milonis Consulatus viuo Clodio certissi-

Tentare,

mus erat,eo mortuo ita certus non fuit:nam post Clodium cæsum Milo ad Cn. Pompeium misisse dicebatur,desistere se petitione Consulatus si ita ei videretur,quia Pompeius Hypseo,qui eius Quæstor fuerat,summa ope studebat,vt ait Asconius. At valuit odium)Obiectio est. Defensorem salutis meę)i.Milonem.is enim Tribunus plebis curauit,vt Cicero ab exilio rediret. Reus enim Milonis lege Plotia)M.Plotiꝰ Syllanus Trib.pleb.Cn.Pompeio Strabone & L. Portio Catone Coss.secundo anno belli Italici tres leges tulit.Vnam,vt tribus singulæ ex suo numero quisnosdenos suffragio crearent, qui eo anno iudicarent.Author est Asconius in orationem Ciceronis pro Cornelio de maiestate.Hac lege factum est,vt Senatores quoq; iudicarent. nā ad equites solos iudicia lege Sempronia translata erant. Alteram,Agrariam,cuius meminit Cicero in libro Epistolarum ad Atticum.i. Agraria,inquit, a Flauio promulgata est sane leuis eadem fere,quæ fuit Plotia. Tertiam, de vi, quæ est in eos qui rempublicam oppugnent.Hac lege Saufeium,ꝙ loca quædam occupasset & cum telo fuisset accusatum Asconius tradit.Quum Ciceronis domum ex ærario publico ædificandam post eius reditum Senatus censuisset, eam P.Clodius saxis ignibus ferro vastauit. decreuit Senatus eos qui id fecissent,lege de vi teneri,vt ait Cicero de resp. Aruspicum.Hęc lex de vi,lex Plotia est.Quum Senatus habendus esset, vbi de Ciceronis reditu ageretur. viij.Calend.Feb.P.Sextius & Q.Fabritius noctu armatos homines in templo Castoris collocauerunt,vt Clodianorum conatibus obsisterent,cōmissa pugna Clodiani occidunt nonnullos,vulnerant multos:Q. Ciceronis salus periclitata est: P.Sextius.xx. vulneribus confossus est:ciuium corporibus Tyberis repletus,cloacę refertę sunt.Hęc Cic.amplius scribit in oratione pro P.Sextio. Ausum esse Anniū Milonem Tri.plb. ad iudicium de vi Clodium trahere,Plutarchus in vita Ciceronis tradit. Idem quoq; Cicero scribit in oratione post reditum in Senatu habita, Quid ego,inquit, de præstantissimo T. Annio Milone dicam?aut quis de tali ciue satis digne vnquam loquetur?Qui quum videret sceleratum ciuem,aut domesticum potius hostem, si legibus vti liceret,iudicio esse frangendum.Sin ipsa iudicia vis impediret ac tolleret, audaciā virtute,furorem fortitudine,temeritatem consilio,manum manu,vim vi esse superādā,primo de vi postulauit:posteaq̄ ab eo iudicia sublata esse vidit,ne ille omnia vi posset efficere,curauit.Fuit igitur Clodius Milonis reus de vi lege Plotia. Quoad vixit) Id fortasse dixit,propterea ꝙ iudicia Clodius sustulerit,postq̄ de vi postulatus est,& ita causam Clodius nō dixit.Hūc Clodiū paulo anteq̄ occisus sit, Cicero reū appellat,lib. Epist.ad Atticum.iiij.Comitia,inquit,fore non arbitror.Publium reum nisi ante occisus erit a Milone,fore puto.nāsi se ituro Lanuuiū in via obtulerit occisum iri iam ab ipso Milone video. Tyrannū)Clodium. Reliquum est)Probat Cicero alia ratione Clodium fecisse insidias:quia P.Clodius sæpe vim fecit, nunq̄ Milo. In insidiatore vim inesse oportet) A vita ante acta Cicero sæpe confirmat aut refutat, quia consentaneum est præteritæ vitæ sequentem esse similē. Illū Clodiū.Est enim ironia.Mœrentibus vobis)De discessu suo M.Cicero permulta scribit in oratione pro P.Sestio.In oratione post reditū suū in Senatu,Me,inquit,laborātē mutatione vestis,& prope luctu vestro quoad licuit defendistis.Nostra memoria Senatores,ne in suis quidem periculis mutare vestē solebāt:in meo piculo Senatꝰ veste mutata fuit.Idē i orōne post reditū ad

Lex Plotia

Quirites,præter Senatũ.xx.millia vestem mutasse dicit. Vrbe cessi) Discessum suũ, non exilium Cicero appellare solet. Quum seruos arma vim Ciceroni P. Clodius intentaret, maluit Cicero abire in exilium, q̃ cum P. Clodio depugnare. Intentauit) id est contra me intendit.

Quę fuisset igitur causa restituẽdi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi? Diẽ mihi credo dixerat, mulctã irrogarat, actionẽ perduellionis intẽderat, & mihi Iudices in causa aut vestra mala, aut mea nec pręclarissima, etiã iudicium timẽdũ fuit? Seruorũ & egentium ciuium, & facinorosorum armis meos ciues meis consiliis periculisq; seruatos pro me obiici nolui. Vidi enim, vidi hũc ipsum Q. Hortensiũ lumen & ornamẽtum reip. pene interfici seruorũ manu, cũ mihi adesset: qua in turba C. Vibienus Senator, vir optimus, cũ hoc quũ esset vna, ita est * mulctatus, vt vitã amiserit. Itaq; quando illius postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquieuit? hæc intentata nobis est: huic ego vos obiici pro me non sum passus: hęc insidiata Pompeio est: hæc istam Appiam viam monimentum sui nominis nece Papirii cruentauit: hæc eadẽ lõgo interuallo conuersa rursus est in me: nuper quidem vt scitis me ad regiã pœne confecit. Quid simile Milonis? cuius vis omnis hæc semper fuit, ne P. Clodius cũ in iudiciũ detrahi non posset, vi oppressam ciuitatẽ teneret. Quẽ si interficere voluisset, quantę, quoties occasiones, q̃ præclaræ fuerunt? Potuit ne cum domũ, ac deos penates suos illo oppugnante defenderet, iure se vlcisci? potuit ne ciue egregio & viro fortissimo P. Sestio Collega suo vulnerato?

*mutilat⁹.

Quæ fuisset igitur causa) Enthymema ex repugnantibus est. Diem mihi, credo, dixerat) Ironia est, ad eam sententiam. Vocauit me Clodius in ius: sed quia causa vestra aut mea bona nõ erat, ego metuens iudicium exiui in exilium voluntarium. Re vera Clodius Ciceronẽ in ius vocauit, q̄ de Lẽtulo, Cethego, aliisq; cõiuratis indẽnatis supplicium sumpsisset. q̃uis Senat⁹ eos extremo supplicio afficiendos cẽsuerit, vt est apud Sallust. eos tamẽ Clodius indẽnatos, vt arbitror, dicebat, q̄ a po. Ro dãnati nõ fuissent. Lege enim Sempronia iniussu po. Ro. de capite ciuis suppliciũ sumi nõ licebat. Multã irrogarat) id est inflixerat. Plautus in Captiuis, Qui consilium iniere, quo nos victu &

vita prohibeant,ijs diem dicam,irrogabo multã,vt mihi cœnas decem meo arbitratu dent,quum cara annona fit. Intendere actionẽ).i.accusare. Perduellionis).i.læsæ maiestatis vel reip.violatæ. Seruorum & egentium ciuiũ)Hæc causa exilij Ciceronis fuit. Consulebant ei nonnulli rem armis gerere cum Clodio:sed quia id sine ingenti ciuiũ strage fieri negabat,qui seruasset ciues opprimenda Catilinæ coniuratione,eos hac cõtentione,perdere nolebat,maluit igitur abire.In oratione pro P.Sextio rem dicit amplius. Seruorum & egentium).i.Catilinariorum. Vidi hunc ipsum Q.Hortensiũ)Cicerone facto reo,decernere Senatus volebat,vt po.Ro.vestem mutaret,veluti ex mœstitia publica:L.Piso & Gabinius Coss.contra sentiebant.P.Clodius paludatus circa curiam cum satellitibus omnia terrore replebat.E Senatu prorupere nõnulli Senatores, qui laceris vestibus speciem tumultus dedere.Author est Plutarchus in vita Cic.In eo tumultu Hortensiũ & Vibienum hęc passos fuisse arbitror,nã quod Asconius ait,postero die q̃ Clodij cæsi corpus Romam perlatum est,ingentem seruorũ multitudinem ad eius domum confluxisse,compluresq; notos hoĩes elisos esse,inter quos C.Vibienũ Senatorẽ:mihi cũ hac re cohęrere non videtur.hic.n.vim quã Clodius fecit enumerat. Qui mihi adesset).i.patrocinaretur. Cũ hoc)Hortẽsio. Multatus)Legendũ putem mutilatus.nam Senatorum aliquorum vestimẽta fuerunt lacerata.Preterea in forũ & curiã gladios ferre non licebat.Ideo P.Sextius fragmentis & fustibus vulneratus est. Tyb.Gracchus subselliorum pedibus cęsus est. Vitã amiserit)amittere vitam Cicero, vt Sallustius animã amittere dicit. Quam a Catilina acceperat) Clodio sępe obijcit Cicero socium eum coniurationis Catilinę fuisse.In oratione de Responsis Aruspicũ eum appellat familiarem Catilinę. Intentata nobis est)quo tempore ex Vrbe excessi. Amittere vitam seu animam.

Appiã viam Papyrij nece cruentauit).i.in Appia via Papyrium necauit. Cruentare templum Cicero dicit in oratione pro P.Sestio pro eo quod est in templo vulnerati Trib.pl.templum cruentauit.Id autem de P.Sestio dixit,qui in templo Castoris.xx. vulnera a Clodianis accepit.Idem remp.cruentari dicit in oratiõe post reditum in Senatu,Ego meam salutem deserui,ne propter me ciuium vulneribus resp.cruẽtaretur. Idem de Responsis Aruspicum,Secures suas cruentari scelere noluit.Quod in eãdem fere rem dicitur. Nuper quidẽ vt scitis) id Cicero scribit in lib.Epist. ad Atticum.iiij. eius verba sunt,Ante diem tertium Id.Nouemb. quum sacra via discederem insecutus est me Clodius cum suis.clamor,lapides,fustes,gladij,& hæc improuisa omnia.discessimus in vestibulum M.Tetij Damionis.qui erant mecum facile operas aditu prohibuerunt,ipse occidi potuit. Regiam)In sacra via Regiam esse Asconius tradit. Cruentare.

Qua domum ac deos penates)Ciceronis ex eadem epistola illa verba sunt de Clodio,Ille,inquit,omnium vocibus quum se non ad iudicium,sed ad supplicium præsens duci videret,omnes Catilinas Siciniosq; postea reddidit.nam Milonis domum meamq; in Ceramio pridie Id.Nouemb expugnare & incendere ita conatus est, vt palam hora.V.cum scutis homines eductis gladijs,alios cum accensis facibus adduxerit, ipse domum P.Syllę pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat,tum ex Anniana Milonis domo Q.Flaccus eduxit viros acres,occiditq; homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos.ipsum cupiuit:sed ille se in interiorem partem ędium abdidit. P.Sextio)de eo ante dixi. Collega suo)Milo enim & Sextius Trib.pl.fuerũt anno proximo post P.Clodium.

Potuit ne Fabritio viro optimo, cum de reditu meo legem ferret pulso, crudelissima in foro cæde facta? potuit ne L. Cęcilii iustissimi fortissimiq; Prętoris oppugnata domo? potuit ne illo die, cum est lata lex de me: cum totius Italiæ concursus, quem mea salus concitarat, facti illius gloriam libens agnouisset? vt etiam si id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam laudem pro sua vendicaret. Atqui erat id temporis, clarissimus & fortissimus Consul inimicus Clodio P. Lentulus, vltor sceleris illius, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ: septem Prætores, octo Trib. pleb. illius aduersarii, defensores mei: Cn. Pompeius author & dux mei reditus, illius hostis: cuius sententiam Senatus omnis de salute mea grauissimam & ornatissimam secutus est, qui pop. Rom. cohortatus est, qui cum de me decretum Capuæ fecisset, ipse cunctæ Italię cupienti, & eius fidem imploranti signum dedit, vt ad me restituendum Romam concurrerent. Omnia tum denicq; in illum odia ciuium ardebant desiderio mei: quem tũ si interemisset, nõ de inpunitate eius, sed de pręmiis cogitaretur: tamen se Milo continuit, & P. Clodium ad iudicium bis, ad vim nunquã vocauit. Quid? priuato Milone, & reo ad populum, accusante P. Clodio, cum in Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est? quæ tum non modo occasio, sed etiam causa illius opprimendi fuit?

Fabritio) Is est Q. Fabritius, qui Trib. pleb. cum P. Sextio. viij. Cal. Feb. armatos homines in templum Castoris deduxit, vt ante dixi. Quũ de reditu meo, Cicero in oratione post reditũ in Senatu, Q. inquit, Fabritius, si quæ de me agere conatus est, ea contra vim & ferrum perficere potuisset, mense Ianuario nostrũ statũ recuperassem. quem ad salutẽ meã voluntas impulit, vis retardauit, authoritas vestra reuocauit. Crudelissima in foro) Ante diximus ex hac cęde Tyberim opplẽtũ & cloacas refertas. Potuit ne) iure se vlcisci. Oppugnata domo) Id cũ Asconio illi tẽpori propinquo nescire me fateor. scribit tñ Cicero in oratione post reditũ in Senatu, quantũ sibi L. Cæcilius Prætor fauerit. Totius Italiæ) i. omnium Italorum quæ dicendi figura frequẽs est. Quum

est lata lex de me) Pridie Non. Sextil. mirifico studio omnium ætatum atq; ordinum, incredibili concursu Italiæ, comitijs Centuriatis lex de Ciceronis reditu lata est, vt ipse scribit libro Epistolarum ad Atticum. iiij. Quem mea salus concitarat) Cicero in oratione post reditum in Senatu reditus sui authores pręcipuos enumerat. Cn. Pompeiū, P. Lentulum, & L. Mummium, octo Tri. pleb. & septem Prætores, quos ille nominat.

Ad iudicium bis vocauit) Dixi antea Clodium a Milone lege Plotia de vi postulatum: quando iterum accusatus fuerit legere non memini. Priuato Milone) id est postquam abiuit Tribunatu. Nam si quis in honore ministerio ve publico sit, re⁹ quidem postulatur: sed differtur eius accusatio: & cautione data in iudicio sistēdi causa promittitur in finem honoris. & hoc Tyberius Cæsar rescripsit, vt ait Vlpianus libro Pādectarum, xlviij. ad legem Iuliam de adulteris. Et reo ad populum) Milonem de vi ad populum Clodius accusauit, eum Cn. Pompeius defendit. In Cn. Pompeium impetus factus est) A d. iiij. Id. Feb. Pompeius vbi surrexit vt pro Milone diceret, Clodiani clamorem sustulerunt. Id ei perpetua oratione contigit, non modo vt acclamatione, sed etiam vt conuicio & maledictis impediretur. Qui vt perorauit, nam in eo sane fortis fuit, deterritus non est, dixit omnia: Clodius surrexit, sed tantus Milonianorum clamor fuit, vt neq; mente, neq; lingua, neq; oratione consisteret. Pompeius hora sexta vix perorauerat. Milonianorum clamor & maledicta in Clodium vsq; ad horam octauam fuerant: hora fere nona quasi signo dato Milonianos Clodiani consputare coeperunt. exarsit dolor, vrgebant Clodiani vt Milonianos loco mouerent. factus est a Milonianis impetus fuga Clodianorum, eiectus e rostris Clodius fugerunt etiam Milonia‑ni ne quid in turba paterētur. Pompeius domum discessit. Author est Cicero lib. Epistolarum ad Q. fratrem. ij.

Nuper vero cū M. Antonius summam spem salutis bonis omnibus attulisset, grauissimamq; adolescens nobilissimus reip. partē fortissime suscepisset, atq; illam belluam iudicii laqueos declinantē iam irretitā teneret: qui loc⁹, quod tēpus illud dii immortales fuit? cū se ille fugiens in scalarū tenebris abdidisset: magnū Miloni fuit conficere illam pestem nulla sua inuidia, Antonii vero maxima gloria? Quid? cōmitiis in campo quoties potestas fuit? cum ille vi in septa irruisset, gladios distringendos, lapides iaciendos curasset: dein subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim: vos & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute sua liberet? Quem igitur cum omniū gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela? quem iure, quē loco, quem tempo

re. quem impune non est ausus, hũc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitauit occidere? Præsertim Iudices cum honoris amplissimi contentio, & dies comitiorum subesset: quo quidẽ tempore (scio enim quam timida sit ambitio, quantaq; & q̃ sollicita cupiditas Consulatus) omnia non modo quæ reprehendi palam, sed etiã obscure cogitari possunt, timemus: rumorem, fabulam fictam, falsam perhorrescimus: ora omnium atque oculos intuemur. Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile aut flexibile, q̃ voluntas erga nos sensusq; ciuium: qui nõ modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam recte factis sæpe fastidiunt. Hunc diem igitur campi speratũ atq; exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus & facinus præ se ferens & confitens, ad illa augusta Centuriarum auspicia veniebat. Q̃ hoc non credibile in hoc? quidem in Clodio non dubitandum? qui se, interfecto Milone, regnaturum putaret.

Nuper vero quum M. Antonius) Clodium M. Antonius vt interficeret insecutus est. M. Cicero in Philippica secunda, P. inquit, Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Quid nam homines putarent si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante po. Ro. gladio stricto insecutus es, negociũq; transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset, hisq; oppilatis impetum tuum cõpressisset? Huius M. Antonij adolescentis P. Clodium fuisse amicũ, eam tamẽ amicitiã nõ multũ durasse Plutarchus in vita Antonij scribit. Adolescẽs nobilissimus) M. Ciceronẽ & Antonium multa deuinctos fuisse amicitia doceri possit lib. Epist. ad Atticũ. xiiij. vbi vtriusq; ad alterum epistolæ sunt. Laquei iudicis. Iudicij laqueos) id est periculum vel pœnã. Vt in oratione de responsis Aruspicũ de Clodio. sed si etiã nunc illaqueatus iam omnium periculis, irretitus odio bonorum omniũ, expectatione supplicij iam non diuturna implicatus. Idẽ in Vatinium, Hominesq; negocia gerẽtes iudicijs iniquissimis irretires. Fugeres ad Tyberim) De hac Clodij fuga nihil memini legere, nisi illud est, quod paulo aliter scribit in lib. Epist. ad Atticum. iiij. Milo, quum sibi Consulatum petenti Clodius obseruaretur. xij. Calen. Decemb. media nocte cũ magna manu in Campum Martium venit Clodius quum haberet fugitiuorum delectas copias in Campum ire nõ est ausus. Milo permansit ad meridiem, mirifica hominum cum letitia, summa cum gloria. vj. Calend. & viij. itidem Milo nocte in comitium venit. Septa. In septa) i. in comitia. Septa enim

loca sunt in campo Martio inclusa tabulatis, in quibus stans pop. Rom. suffragia ferre solebat. Eadem comitia dicebantur. Virtute) id est fortitudine. Quem igitur omnium) Enthymema est ex repugnantibus, quod aliquando multiplicari posse doceris Quintilianus libro tertio hoc exemplo vtitur. Idem libro. vij. tradit coniecturas peti solere alio tẽpore, & aliter facere, vel facilius, vel securius potuerit. Vt dicit Cicero pro Milone, enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Praeterea cur potissimum illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus, & ipse diligentissime tractatur pro eodem locus. Peti enim ex coniectura oportet insidias a Clodio factas. Praesertim Iudices) Alia probatio insidiarum a Clodio Miloni factarum, q̃ Milo occiso Clodio amisisset spem Consulatus: Clodius interfecto Milone regnaturum se putaret. Contentio) id est assidua & instans petitio: vt in libro de Offic. ij. Miserrima est omnino ambitio, honorumq; contentio. Contendere enim vrgenter petere est. Honoris amplissimi) id est Consulatus. Maior magistratus Consul dicitur, vt ait Sex. Pompeius. Authore Tullio libro Tuscul. Quaest. secundo, Consulatus ille antiquus Romę perinde habebatur, vt Olympiorum victoria in Graecia. Q̃ timida sit ambitio) id est q̃ timidi sint qui ambiunt. Improbitati candidatorum) id est improbis candidatis. Candidatorum id est petentium magistratum, qui enim magistratum petebat candida veste expectorata, sine toga in comitiũ veniebat. Fastidiunt) id est cum fastu quodam irascuntur & stomachantur. Recte factis) id est his qui recte faciũt. Ad illa augusta Centuriarum auspicia) id est ad comitia Centuriata, quibus Cõsules fiebant. Augustum quod augurio consecratum est dicitur. vt Virgilius in libro Aeneid. septimo, augusta moenia, & augustum tectum dicit. Cicero in oratione pro domo sua. Post autem Senatus in loco augusto consecratam eum aram tollendam ex authoritate Pontificum censuit. Auspicia vero augusta intelligit maxima. A. enim Gel. ca. xiiij. lib. xiij. ex Messalae sententia auspiciorum duo genera dicit: Alia sunt maxima, quae Consulum, Praetorum, Censorum sunt. Ideoq; hi maiores magistratus dicuntur. Alia sunt minora, quae reliquorum magistratuum sunt, qui magistratus minores dicuntur. Magistratus maiores fiunt comitijs Centuriatis, quae magna Cicero in libro tertio de Legib. & iusta comitia in oratione post reditum in Senatu appellat. Minores vero magistratus fiunt comitijs Curiatis.

Contẽdere. Contentio. Consulatus honos. Cãdidatus. Fastidio. Augustũ. Auspiciorum duo genera.

Quid quod caput audaciae est Iudices) quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem: in vtro igitur haec fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti aut pręclari, aut certe necessarii? an in Clodio? qui ita iudicia poenã q̃ contempserat, vt eũ nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret? Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te Q. Petili appello optimum & fortissimũ ciuem: te M. Cato testor: quos mihi diuina quędã sors dedit Iudices, vos ex M. Fauonio audistis Clodium sibi dixisse,

& audistis viuo Clodio, peritarũ Milonem triduo: post diem tertium gesta res est, q̃ dixerat. Cũ ille non dubitaret aperire quid cogitaret, vos potestis dubitare quid faceret? Quemadmodũ igitur eũ dies nõ fefellit, dixi equidẽ modo. Dictatoris Lanuuii stata sacrificia nosse negocii nihil erat. Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuiũ illo ipso, quo profectus est, die. Itaq; anteuertit. At quo die? quo vt ante dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario Tribuno ple. est concitata: quẽ diẽ ille, quam concionẽ, quos clamores, nisi ad cogitatũ facinus approperaret, nũq̃ reliquisset. Ergo illi ne causa quidem itineris, etiã causa manendi. Miloni nulla facultas manendi, exeundi non causa solũ, sed etiã necessitas fuit. Quid? si vt ille sciuit Milonẽ fore eo die in via, sic Clodiũ Milo ne suspicari quidem potuit? Primum quæro, qui scire potuerit? quod vos idem in Clodio quærere non potestis. Vt enim neminem alium nisi T. Patinam familiarissimũ suũ rogasset, scire potuit illo die ipso Lanuuii a Dictatore Milone prodi Flaminem necesse esse. Sed erãt permulti alii, ex quib⁹ id facillime scire posset, omnes Lanuuini. Milo de Clodii reditu vnde quæsiuit? quæsierit sane. videte quid vobis largiar, seruum etiam, vt Arrius meus amicus dixit, corruperit.

Quid? quod caput audaciæ est) Alij probatio insidiarum a Clodio factarum. Impunitatis spem) spes impunitatis ad maleficium allicit. Hanc spem Clodio fuisse non Miloni ostendit. Caput) id est fons & origo. Iudicia pœnamq; contempserat) id est impunitatem sibi ꝑposuerat. Per naturam fas esset) quia sororẽ violauit impune. Aut per leges liceret) quia sacra Bonæ deæ polluit. Q. Petilij) Q. Petilij cuiusdam meminit Valerius Maximus libro primo de Ominibus: & secũdo de Disciplina militari, qui Cos. fortissime pugnans aduersus Ligures a militibus relictus occubuit. Is ne sit, cuius hic meminit Cicero, compertum non habeo. Post diẽ tertium q̃) id est aut diem tertium postq̃, aut diem tertium q̃. Non dubitaret) proposita spe impunitatis. Stata) non statuta fortasse legendum est. Nam authore Sex. Pompeio, stata sacrificia sunt, quæ certis diebus fieri debent. Cato in ea oratione quam scribit de L. Vecturio, de sacrilegio commisso, quum ei equum ademit. Quod tu, quod in te fuit, sacra stata solennia capite sa ncta deseruisti. Statum enim pro certo & constituto veteres dixerunt, v

Stata sacrificia.

apud Plautum in Curculione, Si status condictus cum hoste intercedit dies. Et status dies cum hoste in tab.xij. scriptum est, vt ait Cicero in primo de Offic. libro. Stata igitur sacrificia sunt, quæ certo quodam anni die fieri solita sunt. Quemadmodum igitur) Ex his quæ narrauit docet Clodiũ fecisse insidias. Negocij nihil erat) id est erat facile, vt paulo negocio, vel nullo negocio sæpe dicit Cicero pro eo quod est facile.

Anteuertit) id est præuenit. Insanissima concio) Id Asconius enarrat. Approperaret) .s. valde properaret. vt in lib. Epist. ad Atticum. iiij. Quid consilij de omni nostro statu capiamus, te absente nescimus, quare appropera & vale. Illi) Cicero sæpe pronomina hoc & illud ita distinguit, vt hoc suum litigatorem, illo aduersarium significet.

Approperaret.

Seruum Clodij) qui Miloni indicaret, quando Clodius reuerteretur. Quæsierit sane: Videte quid vobis largiar) Id ex arte dicendi esset docet Quintilianus lib. iii. vt leuissima quæque quæstio primo loco fungatur. Nam illud frequens est, vt ea quibus minus confidimus, quum tractata sint, omittamus, aliquando sponte nostra velut donantes, aliquando ad ea quæ sunt potentiora gradum ex his fecisse contenti. Hoc genus in hac oratione obseruari sæpe inuenias. Arrius meus amicus) Duo fuerunt Arrij Ciceronis amici. Vnus C. Arrius, de quo Cicero lib. Epistolarum ad Atticum secundo. C. inquit, Arrius proximus est vicinus, immo ille quidem iam contubernalis, qui idcirco se Romam ire negat, vt hic mecum totos dies philosophetur. Alter, Q. Arrius de quo in oratione in Vatinium testem. Atque, inquit, illud scire ex te cupio quo consilio aut mente feceris, vt in epulo Q. Arrij familiaris nostri cum toga pulla accumberes.

Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius, cognomento Schola Interãnis familiaris meus, & idẽ comes P. Clodii, cuius iampridem testimonio Clodius eadẽ hora Interamnę fuerat & Romę. P. Clodiũ illo die in Albano mansurum fuisse, sed subito ei fuisse nũciatũ Cyrum architectũ esse mortuũ: itaque Romã repente constituisse proficisci: dixit hoc comes itẽ Publii Clodii, C. Clodius. Videte Iudices quãtę res his testimoniis sunt confectę. Primum certe liberatur Milo, nõ eo cõsilio profectus esse, vt insidiaret in via Clodio. quippe si ille ei obuius futurus omnino nõ erat. Deinde, nõ enim video cur nõ meũ agam negociũ, scitis Iudices fuisse, qui in hac rogatione suadenda diceret, Milonis manu cædẽ esse factã, consilio vero maioris alicuius. videlicet me latronem ac sicarium abiecti homines & perditi describebant. Iacent suis testibus ii, qui Clodiũ negãt eo die Romam, nisi de

Cyro auditum esset, rediturum fuisse. Respiraui: liberatus sum: non vereor, ne quod ne suspicari quidem potuerim, videar id cogitasse. Nunc prosequar cætera. nam occurrit illud: ne Clodius quidem de insidiis cogitauit: quoniam fuit in Albano mansurus, si quidem exiturus ad cædem e villa non fuisset. Video enim illum, qui dicitur Cyri mortem nũciasse, non id nunciasse, sed Milonem appropinquare. Nam quid de Cyro nunciaret? quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem? Vna fui, testamentum simul obsignaui cum Clodio, testamentum autem palam fecerat, & illum hæredem & me scripserat: quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eum mortuum postridie hora decima ei nunciabatur.

Efflare animam.

Interamna

Legite testimonia) Aduersariorum testimonia pro se esse ostendit. Dixit C. Cassinius) Hic Cassinius testis dixit se cum Clodio tum fuisse, quum occisus est. Factæ rei atrocitatem auxit maxime. Et credendum non esse Cicero significat, q alias falsum dixerit testimonium. nam qua hora Clodius habitu muliebri in sacris Bonæ deæ deprehensus est, eum fuisse Interamnæ dixit. sed quum Romæ fuerit, Interamnæ esse non potuit. Quintilianus libro quarto esse dicit falsas narrationes, quæ nonnunq̃ instrumentis adiuuantur. vt P. Clodius fidutia testium qua nocte incestum Romæ commiserat, Interamnæ se fuisse dicebat Interamnis gentile nomen est ab Interamna. Est autem Interamna vrbs in Vmbria, vbi prata quater in anno secantur, etiam non rigua. vt ait Pl. ca. xxviij. lib. xxviij. Comes) P. Clodij. Significat Callistratus Iurisc. lib. Digest. xxij. in examinanda fide testium videndum ei ne amicus sit pro quo dat testimonium, an ei inimicus contra quem dicit. nam in hanc vel illam partem gratia vel odium plurimum habet momenti. Ideo Modestinus ibidem scribit, in testibus fidem, dignitatem, mores, grauitatem, examinanda esse. Ideoq; si testes aduersus fidem testationis suæ vacillent audiendos non esse. Arcadius testimonium ab iis præcipue dicit exigẽdum, quorum fides non vacillat. nec tamen eos testes reijcit Cicero quod eorum testationes Miloni prosint. De Cyro) Cyri architecti Cicero meminit in libro Epistolarũ. ij. ad Q. fratrem. De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso. C. Clodium P. Clodij fratrem fuisse, cuius filij duo Appij Clodij adolescentuli Milonis accusatores fuerunt Asconius tradit. An hic C. Clodius Publij comes is fuerit, haud satis compertum habeo. In hac rogatione) id est lege Pompeij. Iacent suis testibus) i. vincuntur suis testimonijs. Nam Romam ea nocte venturus non erat, nisi de Cyri morte audisset, sed in Albano mansurus: qui scire potuit Milo, vt ei faceret insidias. ego quoque, inquit Cicero, qui scire quiuissem, vt meo consilio ex vrbe Milo ad

cædem Clodij egressus esset. Ne suspicari quidem) de Clodij reditu potui. Occurrit illud) Refutat quod aduersarij dixerant Clodium nihil de insidijs cogitasse. Si quidem &c.) i. arbitror verum quod dicis Clodium in Albano mansurum, si exiturus ad cædem e villa non fuisset. Heredem scripserat) Scribere hæredem & facere vsitate dicimus. Animam efflantem) id est iamiam morientem.

Scribere & face re hære dem.

Age, sit ita factum: quę causa cur Romam properaret? cur in noctem se coniiceret? quid afferebat festinatio? q̃ hæres erat, primũ erat nihil cur properato opus esset: deinde si quid esset, quid tãdẽ erat, quod ea nocte cõsequi posset: amitteret autẽ si postridie mane Romã venisset? At vt illi nocturnus ad vrbem aduentus vitandus potius q̃ expetendus fuit: sic Miloni cũ insidiator esset, si illũ ad vrbẽ noctu accessurum sciebat, subsistendum atq; expectandũ fuit. nemo ei neganti non credidisset, quẽ omnes saluũ etiam confitentẽ volunt. Sustinuisset hoc crimẽ primũ ipse ille latronũ occultator & receptator locus, dum neq; muta solitudo indicasset, neq; cæca nox ostendisset Milonem. Deinde vbi multi ab illo violati, spoliati, boni expulsi, multi etiã hæc timẽtes in suspicionem caderet, tota deniq; rea citaret Etrutria. Atqui illo die certe Aricia rediens diuertit Clodius in Albanũ: quod nisi sciret illum Milo Ariciæ fuisse, suspicari tamen debuit, eumq; etiã si Romam illo die reuerti vellet ad villam suam, quæ viam tangeret, diuersurum, cur neq; ante occurrit, ne in villa resideret? nec eo in loco subsedit, quo ille noctu venturus esset? Video adhuc constare omnia, Iudices, Miloni etiã vtile fuisse Clodium viuere: illi ad ea quæ concupierat optatissimum interitũ Milonis fuisse. Odium illius in hunc acerbissimũ, in illum huius nullum. Consuetudinem illius perpetuam in vi inferenda: huius tãtũ in repellenda. Mortẽ ab illo denũciatã palam Miloni & prædicatam: nihil vnq̃ auditũ ex Milone. Profectionis huius diem illi notum, reditum illius huic ignotum fuisse. Huius iter necessarium, illius etiã potius alienũ.

Hunc præ se tulisse illo die Roma exiturum, illum eo die se dissimulasse rediturum. Hunc nullius rei mutasse consiliũ: illum causam mutandi consilii finxisse. Huic si insidiaretur, noctе prope Vrbem expectandũ: illi etiã si hunc nõ timeret, tamen accessum ad Vrbem nocturnum fuisse metuendum.

Age. Age) i. esto. Hic enim donantis est nõ hortãtis. Cur in noctem se coniiceret) id est ea hora discederet, vt ei noctu iter faciendum esset. Afferebat) id est proderat. Subsistere Properato opus esse) Properato opus est ea forma dicitur, qua facto opus est. Subsistendum) id est in aliquo loco furtim manendum, & expectandum quoad Clodius veniret.

Nemo ei neganti &c.) Enthymema est ex repugnantibus. Sustinuisset &c.) Quia ille locus in via Appia, qui ad monumentum Basilij est, periculi plenus, & latrociniis multis nobilitatus est, si in eo Milo subsedisset, & Clodiũ transeuntem interfecisset, crimen in locum confectum fuisset. Receptator Receptator locus) Receptatorem locũ dicit quo se latrones recipere soleant ad latrocinandum. Receptatores a Iurisperitis dicuntur ij qui fures aut latrones eorumq; furta aut rapinas recipiunt occultantq;. Recelatores vulgus appellat. Martianus Iurisc. lib. Pandectarũ. xlvij. titul. de receptatoribus. Pessimum, inquit, genus est receptatorũ, sine quibus latere nemo diu potest. Et precipitur vt perinde puniantur atq; latrones. Muta solitudo, & cæca nox. Muta solitudo) Muta solitudo dicitur, q̃ facinus taceat, vt cæca nox, quæ id occultet, tanq̃ hæc non videat, illa non loquatur. Vbi) id est, quia.

Ab illo) Clodio. Hæc timentes) ne violarentur, spoliarentur bonis, expellerentur.

Tota deniq; Etruria) id est cũcti Etrusci. Etruscos enim possessionibus pellere armis castrisq; Clodius conatus est, vt Cicero postea dicit. Aricia. Atqui illo die) Obiectio est. Aricia rediens) P. Clodius quum Miloni factus est obuius redibat Aricia, erat autem allocutus Decuriones Aricinorum. Est autem Aricia vrbs prope Albam, vt ait Seruius lib. Commentariorum in Aened. Virgilij septimo. Diuertit) id est via deflexit. Tangeret viam) id est viæ proxima esset. Tãgere cõting. viam &c. Tangit & contingit viam, & continet viæ latine dicitur. Viæ contiguum a contingendo vulgus dicit. Cur neq;) Obiectionem diluit.

Ne in villa resideret) id est vt eum interciperet interficeretq; anteq̃ in Albanum venisset: aut cur non subsedit ad Basilij monumentum quo ipse noctu venturus erat. Miloni enim commodius fuisset aggredi Clodium procul ab Albano. Subsedit) id est furtim sedit in insidijs. Insidere locum) id est in loco esse, in insidijs dicitur. Insidere locum. Titus Liuius libro. xxxv. Nocte prætergressi castra Romana, saltum qua transeundum Romanis erat, insederunt. Idem libro proximo, Iuuentus omnis armata siluas & itinera insedit. Insideri passiuum idem dixit libro. xxv. Viæ omnes hostium presidijs insiderentur. Ab insidendo insidiæ factæ sunt. Video adhuc cõstare omnia Iud.) Enumeratio, & per capita repetitio est eorũ quib⁹ docuit Cicero Miloni a Clodio, non contra, factas esse insidias. Id autẽ vtilissimũ est, hac enim ratione auditorum memoria firmatur, & si quid oscitanter auditum est, diligentius reuocatur. Præparantur et ã auditores ad reliqua, quæ audire se eo attentius deliberant, q̃ quæ ante dicta sunt, ignorare se nõ putant. Denunciatum) per M. Fauonium. Prædicatam, Prædictam fortasse non

prędicatā legi oporteat. Alienū).i.nihil necessarium. Alioqui enim potius ei in vrbe manendum erat, vt adesset concionibus turbulentissimis. Præ se tulisse).i.ostendisse ex habitu, ex comitatu, ex impedimentis. Dissimulasse rediturum) quia in Albano mansurum se simulabat. Finxisse causam) ꝙ sibi Cyri mortui causa redeundū esset

Videamus nunc (id quod caput est) locus ad insidias ille vbi congressi sunt, vtri tādem fuerit aptior. Id vero Iud. etiā dubitandum & diutius cogitandum est? ante fundum Clodii, quo in fundo propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium aduersari. Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo, & ob eam causam eum locum ad pugnam potissimū delegerat. An in eo loco potius expectandum ab eo, qui ipsius loci spe facere impetum cogitarat? Res loquitur Iudices ipsa, quæ semper valet plurimum, si hæc non gesta audiretis, sed picta videretis: tamen appareret, vter esset insidiator, vter nihil cogitaret mali: cum alter veheretur in rheda penulatus, vna sederet vxor: quid horum non impeditissimum? vestitus? an vehiculum? an comes? quid minus promptum ad pugnam? cum penula irretitus, rheda impeditus, vxore pene costrictus esset?

Videte nunc illum, primum egredientem e villa, subito, cur vesperi? quid necesse est tarda? qui conuenit, presertim id temporis? Diuertit ad villam Pompeii, Pompeiū vt videret? sciebat in Alsiensi esse villa procul inde. Villam vt perspiceret? millies in eā fuerat. Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? dum hic veniret, locum relinquere noluit.

Videamus nunc) Perseuerat Cicero vt doceat Clodiū fecisse insidias. A loco id probat, ꝙ is locus in quo pugna facta est, Clodio q̄ Miloni visus fuerit opportunior. Ante fundum Clodij) Albanum. Authore Quintiliano libro quinto argumenta a loco aliquando ducuntur. Id enim ad probationis fidem spectatur, montanus an planus, maritimus an mediterraneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consilijs an aduersus. Quam partem, inquit, videmus vehementissime pro Milone tractasse Ciceronem. Locus vbi Milo facere potuisset insidias erat desertus occultator & receptator latronum. Vbi Clodius fecit erat montanus; (Nam de loco superiore in Milonem tela coniecta sunt) propinquus ante

fundum Clodij.opportunis consilijs.nam in insanis substructionibus mille hominum versabatur.Hoc quoq; dictum esse intelligi potest,vt insidiarum suspicionem a Milo ne tollat, qui insidias nunq̃ fecisset in loco eo vbi mille hominum aduersari posset.

Mille hominum) De hoc dicendi genere est apud A. Gellium. Miliare hominum, vt miliare tegularum, vulgus diceret. Propter insanas illas substructiones) vt post ea,Substructionum insanis molibus oppresserat.Insanas substructiones appellat magna ædificia.Insanum pro magno dici Sex.Pompeius tradit. Insanum laborem Virgil.dicit lib.Aeneid.ij. Insano iuuat indulgere labori. Tit.Liuius lib.xxxij. Ita turrim inclinauit,vt speciem mentis hostibus, trepidationemq; insanam superstantibus armatis præbuerit.Virgil.lib.Aeneid.ij.insanum amorem dicit,Illis qui ad Troiam forte diebus Venerat insano Cassandræ incensus amore. Insano. i.magno, vel insanum faciente.Idem lib.iij.Insanam vatem aspicies.i.magnam, vel diuino furore correptā. Idem in Buc.Insani feriant,sine, littora fluctus.i. magni vel furentes. Vt furentes austros appellat lib. Aeneid.j. Atqui excelso loco) Obiecto est Prope Albanum in via Appia locus quidam superior erat.Milo sperabat eũse locũ præoccupaturum.Respondet Cicero Clodium ibi potius expectasse,qui loci oportunitate impetum facere cogitarat. Excelso loco) De loco superiore Clodianos in Milonem impetum fecisse dixit Cicero quum narraret.Si hæc non gesta audiretis,sed picta videretis. Diatyposim,id est descriptionem hic esse Aquila Romanus scribit,quam enargiam,Cicero sub oculos subiectionem vocat,vt in oratione pro Roscio Amerino,Nonne vobis hæc quæ vidistis,oculis cernere videmini Iudices?num posita?num impetum repentinum? num versatur ante oculos ipse Glaucia? Quum alter veheretur in rheda.) Argumentum a facultatibus,quo scilicet ostendimus fuisse cuiq; rei faciendæ vel non faciendæ facultatem,in coniecturis valere Quintilianus libro quinto docet.In qua spectandum esse an voluerit.Nam & voluntatem spes facit. Insidiatus est Clodius Miloni,non Milo Clodio.Ille cum seruis robustis,hic cum mulierum comitatu:ille in equis,hic in rheda:ille expeditus,hic penula irretitus.Veheretur in rheda & veheretur rheda dici potest,vt in libro Aeneid.primo,Et qua vectus Abas,& qua grandæuus Aletes. Videte nunc illum) A tempore egressionis,& a mora ante Pompeianum quo ad Milo veniret,arguit Clodij insidias. E villa) ex Albano. Tarde) hora fere.xj. Diuertit ad villam) Orationis varietas delectat. ideo nonnunquam dialogo affinis est . Hic enim possis intelligere,vt sit tanquam sermo Ciceronis & aduersariorum,vel vt Cicero ipse quærat & respondeat,qua in re itidem varietas est. In villam Pompeij) Hæc Pompeij villa Albano proxima erat. Alsiensis villa dicta est quod in agro Alsiensi ædificata sit. Quo in agro villam nimis sublime extruxit M. Aemilius Porcina:quo crimine a L. Cassio ad populum accusatus multa affectus est,vt ait Valerius Maximus lib. viij. Insanas Albani substructiones inuidiose ante Cicero hanc ob causam dixit. Dum hic veniret) id est quoad Milo veniret. Argumentum ex remotione est, ad hanc sententiam,Clodius diuertit ad villam Pompeij:vel vt Pompeium videret,vel vt villā perspiceret,vel vt dum veniret Milo,expectaret:sed non vt Pompeium videret,quem in Alsiensi villa esse sciebat:non vt villā perspiceret,in qua millies fuerat: igitur vt quoad veniret Milo,expectaret,vt eum ex loco superiore aggrederetur.

Insanum.

Age nunc iter expediti latronis, cum Milonis impedimētis comparate. Semper ille antea cum vxore, tū sine ea: nunquā non in rheda, tū in equo: comites græculi quocunq; ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat, tum nugarum in comitatu nihil. Milo qui nunq̄, tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat, & ancillarum greges. Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat: tum neminem, nisi vt virum a viro lectū esse diceres. Cur igitur victus est? quia non semper viator a latrone, nōnunq̄ etiā latro a viatore occiditur: quia quanq̄ paratus in imparatos Clodius, tamē mulier inciderat in viros: nec vero sic erat vnq̄ non paratus Milo contra illū, vt non satis fere esset paratus semper ille: & quantum interesset P. Clodii se perire, & quanto illi odio esset, & quantum ille auderet, cogitabat. quamobrē vitam suam, quam maximis præmiis propositam & pene addictam sciebat, nunq̄ in periculum sine præsidio & sine custodia proueheba t. Adde casus, adde incertos exitus pugnarum, Martemq; communem, qui sæpe spoliantem iam & exultantē euertit, & perculit ab abiecto: adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis: qui cū a tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de eius extremis comitib9 cogitauit, in quos incēsos ira, vitāq; domini desperātes cū incidisset, hæsit in his pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini vita expetiuerūt.

Symphoniaci pueri. Exoleti. Lupæ. Mars communis.

Age cōparate) Attende particulā age coniungi cum verbo numeri pluralis. Cum vxore) Fuluia. Nunq̄ non) i. semper. Ex arte illud est, vt in causæ probatione aliquid reum cōtra morē suum fecisse dicamus. In castra Etrusca) i. in castra L. Catilinæ, quæ C. Manlius Fæsulis, quæ in Etruria sunt, cōparabat, vt est apud Sallustium. Quod cōiurationis socius fuerit Clodius, Cicero, vt ante dixi, significat. Plutarchus tamē in Vita Ciceronis, Ciceronē dicit P. Clodij præsidio vsum esse in opprimenda coniuratione. Nugarum) Nugas pro impedimentis dicit. Symphoniacos) i. musicos vxoris Faustæ, quæ L. Syllæ Dictatoris filia erat. Greges) Greges potius q̄ gregem dixit, vt amplificet. Exoletos) qui adolescere. i. crescere d. sierūt appellari dixit Sex. Pompeius. Lupas) i. meretrices. Nec repetitio est, quod ante dixerit scorta, nā scorta sunt vtriusq; sexus. Lupas pro meretricibus dici, Seruius scribit. Inde lupari pro scortari authore

Age. Nugæ. Exoleti. Lupæ. Scorta. Lupari.

Nonio Marcello veteres dixerunt. Turpilius. Cum meretrices nostro ornatu per vias lupantur. Nisi vt virum a viro) id est robustum & fortem a Clodio. Clodius, vt Asconius ait, vehebatur equo, serui.xxx. fere expediti (vt id temporis mos erat iter facientibus) gladijs accincti sequebantur. Nisi vt virum a viro) Nisi superuacanea vox esse videtur. Cur igitur victus) Id quaerere possit aduersarius. Mulier) id est mollis & effoeminatus. Nec vero sic erat vnquam) id est nunquam ita imparatus erat Milo, quin satis fere contra Clodium paratus esset. Quantum interesset P. Clodij se perire) id est quantum vtile esset Clodio si Milo periret. Se) Milonem. Propositam a Clodio & pene addictam) id est destinatam. Maximis praemijs) quia praemia maxima sibi Clodius proponebat, si Milonem occidere posset. Nunquam in periculum) id est in locũ eum, vbi aliquid inesse periculi posset. Martemq; communem) Tam saepe vsu comprobatũ est, vt multos milites pauci, vt robustos imbecilli, vt exercitatos rudes, vt alioqui victores victi superarent, vt communem Martem veteres appellauerint, q̃ nõ stet semper pro multis, robustis, exercitatis victoribus, sed hi contra nonnunquam vincitur. Fortunam belli recte appellamus. T. Liuius lib.xxxvij. Quum Mars communis & incertus belli euentus esset. Idem lib.xxviij. In acie Mars cõmunis, & victum saepe erigeret, & affligeret victorem. Apud eundem lib.xxx. Annibal ad Scipionem in Africa victorem de pace, Melior, inquit, tutiorq; est certa pax, q̃ sperata victoria: haec in tua, illa in deorum manu est, ne tot annorum felicitatem in vnius horae dederis discrimen, tũ in tuas vires, tum vim fortunae, Martemq; belli communem propone animo. Ducis) Clodij. Haesit in his poenis) id est has poenas dedit. Expetiuerunt) Petere & accipere poenas, dicimus.

Mars communis.

Cur igitur eos manumisit? metuebat scilicet ne indicaretur? ne dolorem perferre non possent? ne tormentis cogerentur occisum esse a seruis Milonis in Appia via P. Clodium confiteri? Quid opus est tortore? quid quaeris? occiderit ne? occidit. iure an iniuria? nihil ad tortorem. Facti enim in equuleo quaestio est, iuris in iudicio. Quod igitur in causa quaerendũ est, id agamus: hoc quod tormentis inuenire vis, id fatemur. Manu vero cur miserit, si id potius quaeris, q̃ cur parum amplis affecerit praemiis? nescis inimici factum reprehendere. Dixit enim hoc idem, qui omnia semper constanter & fortiter, M. Cato: dixitq; in turbulenta concione, quae tamen huius auctoritate placata est: non libertate solum, sed etiam omnibus praemiis dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent. Quod enim premium satis magnum est tam beneuo

Seruis licet dominos defendere.

.lis, tam bonis, tam fidelibus seruis propter quos viuit? & si id quidem non tanti est, quam quod propter eosdem non sanguine & vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiauit: quos nisi manumisisset, tormentis etiam dedendi fuerunt, conseruatores domini, vltores sceleris, defensores necis? Hic vero nihil habet in his malis, quod minus moleste ferat, quam etiam si quid ipsi accidat, esse tamen illis meritum præmium persolutum.

Cur igitur eos manumisit?) Obiectio est Milonem seruos manumisisse, ne in eculeo torti veritatẽ dicere cogerentur. Id diluit Cicero. Postero die quàm occisus erat Clodius Milo ex seruis suis .xij. manumisit, quod caput suum vlti essent. Appius accusator quũ apud Domitium huius causæ Quæsitorem, Milonis seruos .liiij. exhiberi postularet: Respõdit Q. Hortensius eos liberos esse, qui pro seruis postularentur, ideoque eos in potestate Milonis non esse. Pronunciauit Domitius ex Iudicum sententia. vt ex eorum seruorum numero, quot accusator vellet Milo exhiberet. Tortore) Tortor ex vsu dicitur is qui torquet in equuleo, magis quàm qui extremo supplicio afficit. Cice. in oratione pro A. Cluẽtio, Quum iam tortor atque essent tormenta ipsa defessa. Inde tormenta, quæ & quæstiones appellantur, quæ qua ratione tractari debeant, Quintil. in lib. x. scribit. Sunt enim probationes inartificiales. Quid quęris) tu tortor Hoc quod tormẽtis inuenire vis) Sentẽtia suspẽsa & fere imperfecta pronunciari debet: ne vni relatiuo sint duo antecedentia, hoc & id. Manu vero cur miserit) Paulus Iuriscon. lib. Digest. xlviij. titulo de quæstionibus scribit quibus ex caussis seruos in equuleo torqueri oporteat. Quæstiones, inquit, neque semper in omni causa & persona desiderari debere arbitror, sed cum capitalia & atrociora maleficia nõ aliter explorari & inuestigari possunt quàm per quæstiones seruorum, tum eas esse ad inquirendam veritatẽ efficacissimas existimo: & habendas esse censeo. De seruis solis hæc haberi quæstio solebat. nam vt in eodem libro Callistratus ait, Ex libero homine pro testimonio nisi vacillet, quæstionem haberi non oportet. Hac ætate quæstio haberi solet de liberis hominibus non de alieni peccati testimonio, sed de proprij confessione in maleficio etiam minus atroci. Quod parum humanum sit, viderint ipsi Iudices. Nescis inimici factum reprehendere) id est. Tu aduersarie si velis reprehendere Milonis factum, debes quærere potius cur non maioribus præmijs seruos affecerit, quam cur eos manumiserit. nihil enim peccauit, quod eos manumiserit, qui vitam suam tutati sunt, sed eos maioribus præmijs afficere debebat. Igitur si quæris cur manumiserit, reprehendis quod ei honestum sit. Viuit dominus. &c.) & si id equidem non tanti est. Tanti faciendum non est, quod serui defendant salutem domini aduersus latronem, vel ignotum hominem, vel etiam amicum, si repentino aliquo animi motu contentio exorta est. quanti si defendant aduersus inimicissimum, qui ex morte eius, nisi defensus fuisset, voluptatem capturus erat maximam. indignius est enim ab inimico quam ab alio occidi. Ideo finxerunt poe-

Tortor.

Tormentorũ in eculeo ratio.

Quæstiõis habẽdę ratio.

tæ animas ipsas retinere odia postquam e corporibus velut eiectæ fuerint. vnde illud Aenid.xij.de Turno,Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub vmbras. Gratius igitur est contra inimicos defendi. Propter eosdem)seruos. Crudelissimi inimici)P.Clodij. Mentem oculosq;) sanguinem & vulnera Milonis cupientes. Satiare mentem oculosq; est rem quam multum cupiuimus vsq; ad satietatem videre. vt de Aenea Virgilius dixit citra satietatem, Animum pictura pascit inani. Cicero postq̃ ab exilio rediit in oratione pro domo sua, Equidem,inquit,perfunctus sum:nullam vim, nullum impetum metuo,expleui animos inuidorum,placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam & scelus improborum.Idem in eadem,Quum eorum omnium crudelitati cessissem,ne absens quidem luctu meo mentes illorum satiare potui.Itemq;, Neq; porro illa manus copiæq; Catilinæ sementis ac tegulis meorum tectorum se famem suã expleturas putauerunt.Virgilius libro Aeneidos.vij.Odijs haud exaturata quieui. Ex his attende illud vtrunq; eadem in re dici,satiaui oculos tuos sanguine meo, & tu oculos tuos meo sanguine satiasti. Sed prius habet plus elegantiæ. Hic)Milo. In his malis)id est in præsentibus. id est in hac accusatione. Si quid ipsi accidat)id est ipse damnetur.

Satiare mẽtẽ & oculos

Sed quæstiones vrgent Milonem,quę sunt habitę in atrio Libertatis.quibusnã de seruis? rogas? de P. Clodii. quis eos postulauit? Appius.quis produxit? Appius.vnde?ab Appio. Dii boni,quid potest agi seueri⁹? de seruis nulla quæstio est in dominũ,nisi de incestu vt fuit in Clodium. Proxime deos accessit Clodius, propius q̃ tum, cum ad ipsos penetrarat: cuius de morte tanq̃ de cerimoniis violatis quęritur.Sed tamen maiores nostri in dominũ de seruo quæri noluerũt: nõ quia nõ posset verum inueniri, sed quia videbatur indignũ esse,& domini morte ipsa tristius. In reum de seruis accusatoris cum quæritur, verum inueniri potest? Age vero quæ erat,aut qualis quæstio?heus vbi Rufcio?vbi Casca? Clodi⁹ insidias fecit,Miloni:fecit.certa crux.nullas fecit: sperata libertas. Quid hac quæstione certius? Subito arrepti in quæstionem tamen separantur a cæteris, & in arcas coniiciunt, ne quis cum his colloqui possit. Hi centum dies penes accusatorem cum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. Quid hac quæstione dici potest integrius? qd incorruptius?

Quęstio de seruis.

Sed quæstiones) Obiectio aduersariorum a ia est seruos Clodij per quæstiones, id est tormenta interrogatos contra Milonem testatos esse. Huiusmodi quæstionibus credendum non esse contendit Cicero. In atrio libertatis) Romanos veteres coluisse Deam Libertatem Cicero scribit in libro de Natura deorum secundo. Authore Tit. Liuio lib. xxiiij. Sempronius Gracchorum pater in Auētino ex multatitia pecunia ædē Libertatis faciēdam curauit, dedicauitq;. Templorum quoq; atria fuisse etiam Seruius dicit, quum libro Commentariorum in Aeneid. Virgil. vij. scribit, Vestæ atrium a tēplo remotum fuisse, vt in eo Senatus haberi posset. Senatus enim haberi non poterat nisi in loco augusto: & ne illuc conueniret Senatus, vbi erant virgines, Vestæ templum augustum non erat. Quibusnam de seruis? Dialogi imitatio est. Ab Appio) Authore Paulo Iurisconsul. lib. Digest. xxij. de testibus. Testes eos quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit. Postulauit vt testarentur. Appij Clodij duo fuerunt filij C. Clodij, qui P. Clodij frater erat. Hi duo adolescentes patrui sui mortem authore patre persequentes, Milonis accusatores fuerunt. P. Clodius paruulum quendam filium P. Clodium reliquit. is patre cæso cum familia ad patruum transijt. De seruis nulla quæstio est) Authore Vlpiano lib. Digest. xlviij. quæstio de seruis contra dominos neq; haberi debet, neq; si facta sit, dicturi sententiam, id est Iudicis consilium instruit. Multo minus iudicia seruorum contra dominos admittenda sunt. Ideoque D. Antoninus & D. Hadrianus eodem authore rescripserunt, quum serui pariter cum domino aurum & argentum exportasse dicerentur, non esse de domino interrogādos, nec quidem si vltro aliquid dixerint, obesse hoc domino. Seruo qui vltro aliquid de domino confitetur, vt ibidem Paulus Iurisconsultus ait, fides non accommodatur. Neq; enim oportet salutem dominorum, seruorum arbitrio committi. De incestu) non de interitu legendum est. Incestum dici etiam in quarta declinatione Aul. Gellius scribit ca. xx. lib. xiij. Incestus ita definitur causa. xxxvi. quęstione prima, vt sit consanguineorum vel affinium abusus. Is autem fit alias extra matrimonium, alias per matrimonium illicitum. Adulterium in nuptam admittitur, stuprum in viduam vel virginem vel puerum committitur, vt ait Modestinus lib. Digest. xlviij. ad legem Iuliam de adulteris. Hoc verbo, id est stupro indifferenter vti, idem scribit libro quinquagesimo de verborum & rerum significationibus. Adulterium & incestum M. Cicero stuprum sæpe appellat. Ea de re ante dixi. Vlpianus ad legem Iuliam de Adulteris, quæstionem de seruis in dominos incesti postulatos ita demum habendam dicit, si per adulterium incestum esse contractum dicatur. vt authore Marcello Iurisconsulto de quæstionibus, si quis cognatam cum qua nuptias contrahere non potest, viduam vel alij nuptam corruperit. Hoc solo casu serui in personam domini torquentur. Sed postquam lex Iulia de Adulteris cessauit, cessant etiam, vt Vlpianus ait, seruorum in dominos de incestu tormenta. Sed quia incestum itidem appellamus, quod in mulieres religione cōsecratas admissum sit, vt Vestales, incesti damnatas sæpe legimus, hic locus Ciceronis intelligi possit tam de incestu eo quem P. Clodius cum sorore commisit, quæ Lucullo nupserat, quam de adulterio cum vxore Cæsaris in sacris Bonæ Deæ commisso. Ideo vtroq; nobis dicere consilium est, quanuis de posteriore potius intelligi videatur. Bo-

Libertas Dea.

Seruorum in Dominos testimonium.

Incestus. Adulteriū Stuprum.

Bona Dea eiusq́ sacra a Clodio violata

nam Deam Romanae mulieres colebant eam Graeci Gynaeciã, Romani Dryada vocant, puellae Fauni vxorem existimant. Sacra ei a Romulo pro salute pop. Ro. instituta Vrbi Romae aequalia sunt. Haec sacra in domo Consulis per eius vxorem & Vestales virgines quotanis fiebant. Mulieres quae sacra facturae erant, coma, mitra, muliebribus soleis, purpureis fasciolis, strophio, psaltrio ornatae erant. Ad ea sacra ne impruděti quidem viro intrare licet. suntq́ a viris tam aliena, vt eius Deae nomen latinum scire viris nefas existimatum sit. Haec sacra omni memoria nemo nisi Clodius violauit. nam Caesaris vxorem Clodius non inuitam adamabat. hanc autem mater Caesaris Aurelia tanta cura obseruabat, vt ne colloqui quidem cum Clodio posset. Qua nocte sacra fiebant. P. Clodius latere sperans, q̄ eius genas lanugo prima nondum vestiret, habitu muliebri a conscia rerum ancilla intromissus est. Ea ad vxorem Caesaris vt eam aperiret accurrens moratur. Clodius morae impatiens per atria spatiosa lumen deuitans inambulat. eum pedissequa quaedam Aureliae, quę sit, foeminam enim putabat, rogat. Loqui tandem coactus ancillam quandam praestolari se respõdet. Eo voce prodito, ancilla clamore sublato ad lumina turbasq́ prosilit, virum comperisse se vociferans. Trepidantibus passim mulieribus, Aureli a sacris interruptis occultatisq́ fores claudit, accensis cereis virum disquirit. Is in ancillae cubiculo, quo profugerat inuentus est, quem e domo proturbarunt. Clodiũ Lentulus accusauit, q̄ sacra Bonae Deae violasset. Is constanter negauit eo die se Romam fuisse, inuenitq́ testem Cassinium Scholam Equitẽ Romanum, qui eum eadem hora, qua stuprum admissum dicebatur, Interamnae fuisse diceret. Contra eum testes multi producti sunt. Cicero Clodium ad se tunc domum venisse, secumq́ serio collocutum asseruit. Alia eius impudica flagitia viri graues detulerunt, vt hoc in eo flagitium credibile esset. L. Lucullus iuratus dixit se comperisse habitis ancillarum quaestionibus eum Clodiũ cũ sorore germana, quae Luculli ipsius vxor erat, stuprum fecisse. Rumor etiam increbuit, eũdem reliquis duabus sororibus se coniunxisse, quarum alteram Martius Rex, alteram Metellus Celer in matrimonium haberent. A Clodio noctes matronarum & adolescentium nobilium magna summa emptae mercedis loco Iudicibus erogatae sunt. Corrupto Iudicio factum est, vt a triginta Iudicibus absolueretur, quum a. xxv. dãnaretur. Authores sunt M. Cicero de responsis Aruspicum. Plutarchus in vitis Luculli, Cęsaris, & Ciceronis, & Valerius Maximus lib. ix. tit. de Luxuria & Libidine. Cum ea matrona admissum in his sacris adulterium Cicero persaepe dixit. De hac matrona eiusq́ viro inter scriptores non constat. Appianus enim libro bellorum ciuilium secundo, Calphurniam L. Pisonis filiam vxorẽ Cęsaris, Plutarchus Pompeiam, itidem Caesaris vxorem appellant. Vxorem Metelli Pontij in his sacris P. Clodium stuprasse T. Liuius lib. ciij. scribit. Vnde) id est a quo, vel a cuius domo. Proxime ad deos) accessit Clodius, quum scilicet occisus est. Proxime deos non proxime ad deos hoc loco Priscianus legit libro. xviij. quum docet proxime vti prope iungi cum accusatiuo. Ad ipsos penetrarat) in sacris Bonae Deae. Quęritur) id est seruorum quaestio postulatur. Maiores nostri in dominum) Eadem sententia est in oratione pro Rege Deiotaro. More, inquit, maiorũ de seruo in dominum ne tormentis quidem quaeri licet. Id etiam iure ciuili cautum esse diximus. Cuius scripto-

Quęstio de seruis in dominos.

res(quorum verba ad cõſuendas Pandectas veluti centrones quidam adiecta ſunt)maxima ex parte poſt Ciceronem fuerunt, vt in cõmẽtariis in epiſtolas virorũ illuſtrium ſcribimus. Quae tamen ſcripſerũt, aliena omnino nõ eſſe arbitror ab iis quae priſci illi authores tradiderunt, quos enumerat Pomponius Iuriſc. lib. Digeſt. j. titulo de origine iuris. Non quia non poſſet verũ inueniri)nonnulli enim ſeruorum ita fideles erant, vt quaeſtione nulla cogi potuerint, vt dominũ proderent. Qualis authore Valerio Maximo lib. viij. titulo de quaeſtionibus Philippus fuit Fuluij Flacci ſeruus, in quo tota domini quaeſtio nitebatur. is enim octies tortus nullum omnino verbum, quo domini ſalus periclitaretur emiſit. Domini morte ipſa triſtius)Si enim e ſeruis veritas extorqueretur, id ea cauſa eſſet, vt dominus dãnaretur: ſed ſeruorũ quaeſtio domini damnatione triſtior eſſet. Authore Quintil. lib. viij. nõ augẽda ſemper oratio, ſed ſubmittẽda nõ nunq̃ eſt. vim rebus aliquando affert ipſa humilitas. Poſtq̃ multa in hanc rem poſuit exempla. Et pro Milone, inquit, illud, Heus vbi Ruſcio? vbi Caſca? Sunt verba Appij, P. Clodij ſeruos prius interrogãtis, q̃ ad quaeſtionem mittat. Fecit)reſpondet ſeruus. Certa crux)minatur Appius. Nullas fecit)Seruus metu crucis nullas feciſſe reſpondet. Sperata libertas)id Appius dicit, ne ſeru' vacillet. Quid hac quaeſtione certi?) Ironia eſt. Arrepti)a tortore. A caeteris)ſeruis. In arcas coniiciuntur)Arcas robuſteas in carcere fuiſſe, quibus malefici homines includerẽtur, Sex. Pompeius teſtis eſt. Hi centum dies)Nam a Clodij caede vſq; ad hanc defenſionem dies circa centũ interfuerunt. Hi)ſerui. Penes accuſatorem)Appium.

Quod ſi ſatis nondũ cernitis, (cum res ipſa tot, tam claris argumentis ſigniſq; luceat)pura mente atq; integra Milonem, nullo ſcelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conſcientia exanimatum, Romam reuertiſſe: recordamini per deos immortales, quae fuerit celeritas reditus eius, qui ingreſſus in forum ardẽte curia, quae magnitudo animi, qui vultus, quae oratio. Neq; vero ſe populo ſolum, ſed etiam Senatui tradidit: neq; Senatui modo, ſed etiam publicis praeſidiis, & armis: neque iis tantum, verum etiam eius poteſtati, cui Senatus totam rempublicam, omnem Italiae pubem, cũcta populi Romani arma commiſerat. Cui ſe nunq̃ profecto tradidiſſet, niſi cauſae ſuae cõfideret, praeſertim omnia audiẽti, magna ¥ intuenti, multa ſuſpicanti, nõnulla credenti. Magna vis eſt cõſcientiae Iudices, & magna in vtraq; partem, vt neq; timeant, qui nihil cõmiſerint: & poenã ſemper ante oculos verſari putẽt, qui peccarint. Neq; vero ſine ratione certa,

¥metuenti
Conſcietiae vis.

causa Milonis semper a Senatu probata est. Videbant enim sapientissimi homines, facti rationem, præsentiam animi, defensionis constantiam. An vero obliti estis Iudices recẽti illo nuncio necis Clodianæ, non modo inimicorum Milonis sermones, & opiniones, sed nonnullorum imperitorum? qui negabãt eum Romam esse rediturum? Siue enim illud animo irato ac percito fecisset, vt incensus odio trucidaret inimicum, arbitrabantur eum tanti mortem P. Clodii putasse, vt æquo animo patria careret, cum sanguine inimici explesset odium suum. Siue etiam illius morte patriam liberare voluisset, non dubitaturum fortem virum; quin cum suo periculo salutem reipublicæ attulisset: cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipse seruasset.

Percit' animus.

Quod si satis nondũ cernitis) Ex Milonis ob integræ conscientiæ fidutiam in vrbẽ reditu postridie q̃ Clodius occisus fuit, docet Milonem non fecisse insidias. Tam claris argumentis signisq;) Authore Quintiliano libro quinto omnis probatio artificialis constat aut signis, aut argumentis, aut exemplis. Signa sunt, vt de reliquis nunc nihil dicamus, cuiusmodi sunt cruenta vestis, clamor, liuor, tumor. Sed latius id nomẽ patet. vt signum adulteræ est, lauari cum viris, signum insidiarũ a Clodio factarum, q in equo, q sine vxore, q cũ seruis expeditis fuerit, vt in Milone contraria signa sunt, nihil eum de insidijs cogitasse. Quæ fuerit celeritas reditus eius) Milo quem opinio fuerat propter aduersariorum inuidiam abiisse in exiliũ, Romã redijt nocte ea qua incensa curia est, vt ait Asconius. Quę oratio) In Milonem in foro ad populum verba facientem impetũ factum esse Appianus scribit. Neq; vero se populo, &c.) Figura est quæ Græcis climax, ab Aquila Romano ascensus dicitur. Ea enim veluti quibusdam gradibus connectitur oratio. Hanc figuram decoram a Demosthene illustratam idem Aquila dicit: hic autem figuræ parte Ciceronem vsum. nam in tertio gradu contentus dicere, neq; is tantum, ne rursum totum illud repeteret, neq; solum publicis præsidijs & armis: videlicet quia & nimis lõgũ & insuaue futurũ erat. Neq; vero se populo solũ) Iudiciũ capitis habebãt po. Ro. & in atrociore negocio Senatus, vt in Catilinæ cõiuratione apud Sallustium, & Cõsules, si ijs Senatusconsulto mandatum erat, vt viderent, ne quid resp. detrimenti caperet. His omnibus Milo bona conscientia subnixus se tradidit. Eius potestati). i. potestati Cn. Pompeij, cui Senatusconsulto mandatum erat, vt videret, ne quid respub. detrimenti caperet, vtq; delectus ex Italia tota haberet.

Omnem Italiæ pubem) id est iuuentutem, militũ delectum. Cui) Pompeio. Magna metuenti) In codicibus alijs est intuenti. Quæ lectio improba mihi visa non est.

magna enim Pompeius intuebatur, vt incendium curiæ, multas seditiones etiam in foro, quare id armatis præsidijs munire cogebatur. Quis enim Milonem Pompeius timuisse dicatur, inepta esset sententiæ connexio, si magna metuenti, & postea, multa suspicanti diceretur. Rationem) id est modum quo cædes facta est. Præsentiā animi) quia Milo nihil turbatus erat. Imperitorū) id est simpliciū. ita enim Cicero appellare solet eos quos vulgo appellant simplices. Percito) id est commoto. Vt æquo animo patria careret) id est patria carere contentus esset. Cederet legibus) id est iudicia declinaret exilio voluntario. Vel legibus pareret, quæ exilio multant eum qui cædem fecerit. Imperiti.

Multi etiā Catilinā atq; illa portenta loquebantur: erupet, occupabit aliquē locū, bellū patriæ faciet. Miseros interdū ciues optime de republica meritos, in quibus homines non modo res pclarissimas obliuiscuntur, sed etiā nefarias suspicantur. Ergo illa falsa fuerūt, q̄ certe vera extitissent, si Milo admisisset aliquid, quod nō posset honeste vereq; defendere. Quid? quæ postea sunt in eum cōgesta? quæ quis etiā mediocriū delictorū consciētiā perculissent, vt sustinuit dii imortales? sustinuit? imo vero vt cōtēpsit? ac pro nihilo putauit? quę neq; maximo animo nocens, neq; innocēs, nisi fortissim⁹ vir, negligere potuisset. Scutorum, gladiorū, frenorū, sparorum, pilorūq; etiā multitudo deprehendi posse indicabatur: nullū in vrbe vicū, nullū angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus: arma in villam Otriculanam deuecta Tyberi: domus in cliuo Capitolino scutis referta, plena omnium malleorum ad Vrbis incendia comparatorum.

Multi etiā Catilinā loquebantur) Dicebāt enim eū imitaturū Catilinā, & congregaturū exercitū, vt bellum patriæ faceret. Illa portēta) i. eos qui patria pulsi patriæ bellum fecerunt. Miseros interdū ciues) i. qui de rep. bene meriti sunt, nonnunq̄ miseri sunt, q̄ homines nō solū obliuiscanẗ beneficij, sed etiā de his nōnūq̄ male suspicentur. Miseros) id est o miseros. Vera extitissent) id est credita & defensa vera fuissent. Quæ quis mediocriū delictorū &c.) i. si Milo etiā mediocriū delictorum sibi conscius fuisset, horū cōsciētia perculsus & exagitat⁹ ex vrbe abisset, vt fecit Catilina qui coniurationis conscius Cic. orationē ferre non potuit. ideoq; noctu Roma abijt. Quis) id est quātuis. Gladiorum) Gladios nō enses sæpe dici a Cicerone attendimus. Freni aut armorum gen⁹ est, aut hic locus emendatus nō est. Sparum genus teli agrestis esse No. Marcellus scribit. Angiportus & angiportum dicitur. In vrbe viarum tria sūt genera, sunt Freni. Sparum. Angiportū

vici, qui sunt latiores & habent exitum: sunt fundulæ a fundo, quæ exitu carent: sunt angiportus, qui ita angusti sunt, vt per eos nihil agi possit in portus. Veteres enim vocabant domos partim insulas, partim portus. inde porticus appellata. Pro fundula angiportum Terentius in Adelphis dixisse videtur. Id quidē angiportū nō est peruium. Sed re vera ibi, Demea rep̄hendit Syrū qui dixerat, Est ad hanc manū sacellum, vbi angiportū propter est. Angiportū eīn pro via peruia Syrus dixerat: sed Demea peruium angiportū negat, tanq̄ angiportum nō sit. Malleoli, vt ait Nonius Marcellus sunt manipuli sparteí pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur. In alia significatione dici scribimus in Commentarijs in Tullium de Senectute.

Vicus. Fundula. Malleoli.

Hæc non delata solū, sed pene credita: nec ante repudiata sunt q̄ quæsita. Laudabā equidē incredibilē diligētiā Cn. Pōpeii: sed dicā vt sentio Iudices, nimis multā audire coguntur, neq; aliter facere possunt ii quibus tota cōmissa est respublica. quin etiā audiendus sit Popa Licinius nescio quis de circo maximo: seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi confessos esse de interficiendo Pōpeio coniurasse. Deinde postea se gladio percussum esse ab vno de illis, ne indicaret. Pompeio in hortos nūciauit. Arcessor in primis de amicorū sententia rē defert ad Senatū. Non poterā in illius mei patriæq; custodis tāta suspitione nō metu exanimari. Sed mirabar tamē credi Popæ: ebriorum confessionē seruorū audiri: vulnus in latere, quod acu pūctū videretur, pro ictu gladiatoris putari. Verū etiā vt intelligo cauebat magis Pompeius, q̄ timebat: non ea solū quæ timenda erant, sed omnia, ne aliquid vos timeretis. Oppugnata domus C. Cæsaris clarissimi & fortissimi viri per multas noctis horas nūciabatur. Nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat: tamē audiebatur. Non poterā Cn. Pōpeiū p̄stātissima virtute ciuē, timidū suspicari. Diligentiā tota republica susceptā nimiā, nullā putabā. Frequentissimo Senatu nuper in Capitolio Senator inuentus est, qui Milonē cum telo esse diceret. Nudauit se in sanctissimo templo, quoniā vita talis & ciuis & viri fidē nō faciebat, nisi eo tacēte res ipsa loqueretur, Oīa falsa atq; insidiose ficta comperta sunt.

Popa Licinius. Examinati. Gladiatoris ictus.

Rupudiata)id est reiecta & non credita. Quæsita).i.inquisitione facta non inuenta. Laudabam equidem)Cn.Pompeius Milonem timere putabatur.Hanc suspicionem metus Cicero iudicibus & Pompeio adimit. Decirco maximo).i.de plebe sacrificiorum qui solitus esset familias purgare.Ita enim exponere videtur Asconius qui de Licinio Popa rem narrat fusius.Pollutam enim familiam Romani putabant, quum ex ea aliquis mortuus erat. Inde funesta domus, in qua quis mortuus erat appellabatur anteq cupressi ramum præfigi morem fuisse Seruius Commentario tertio scribit, quo Pontifex admoneatur,ibi mortuum esse,ne per imprudentiam ingressus pollueretur.nam eos etiam pollui putabant,qui mortuũ vidissent, q̃uis e familia non essent, Aeneas Virgilianus lib.vij.lustrat socios qui affuerunt Miseni funeri. Est igitur q̃ cõiectem funestas familias a vulgo quodam sacrificorum lustrari in circo maximo,quẽ appellatum esse Armilustrum M.Varro lib.de Lingua latina primo, dicit de ambitu lustri. In hortos nunciauit)Sic Cicero pro Sex. Roscio,Occiso Sex. Roscio primus Ameriam nunciat Manlius Glaucia quidam.Idem, Ad Volaterras in castra L. Syllæ mors Sex.Roscij quatriduo,quo is occisus est,Chrysogono nunciatur. Titus Liuius libro quinto.Et si negetur ager,coram iisdem Romanis dimicaturos, vt nunciare domum possint, quantum Galli virtute cæteros mortales præstarent. Quod)latus.

Pro ictu gladiatoris) id est pro magno vulnere.q̃ gladiatores inermes inter se dimicantes permagnis se concidant vulneribus. Oppugnata domus Cæsaris) Vel Milonem exoppugnatoribus fuisse ab aduersarijs dici significat:vel arguit a simili. vt nunciabatur domus Cæsaris per multas noctis horas oppugnata,idq̃ falsum erat: ita credendum non est vera esse ea quæ de Milone in Pompeium circunferantur.

Tam celebri) id est frequenti,vbi tam multi proxime habitarent. Tamen audiebatur) id est fama vulgata erat. Frequentissimo Senatu)P.Cornificius Senator Milonem sub tunica telum femori alligatum habere dixit. Postulauit Pompeius vt femur videret.Milo sine mora tunicam leuauit.Hic itaq̃ Marcus Cicero exclamat crimina omnia quæ in Milonem dicerentur, huic esse similia. Nudauit se in sanctissimo templo) Attendendum est veteres vsos non fuisse his crurum tibiarumq̃ indumentis, quas appellant vulgo caligas. Ideoq̃ nullum his nomen latinum esse.aliud enim caliga est.Toga ad calceos vsq̃ demissa vsum Ciceronem esse vt varices tibiarum velarentur,Plinius scribit.Siue ea causa fuerit,siue id tẽporis mos fuerit,vt lib.xj.contendit Quintil.nudæ tibiæ toga longa velabantur.Idem eodem libro, Crura valetudinis causa fascijs aliquando vestiri dicit,idq̃ excusari posse, tanq̃ id indecorum habitum sit.Catonem minorem etiam quum Prætor esset pedibus nudis incedere solitum Plutarchus in eius vita scribit. Authore Cicerone in primo de Officijs,scenicorum nemo in scenam prodibat sine subligaculo.verebantur enim,ne si quo casu euenirent,vt corporis pudendæ partes aperirentur,aspicerentur non decore.Scenicos autem vestibus in scena vsos fuisse Donatus in Commentarijs in Terentiũ scribit. Supparum, vt ait M.Marcellus,est linteum femorale vsque ad talos pendens, dictum quod subtus appareat.Eo suppato viros vsos fuisse arbitror loco earum quas caligas appellant. Quum Caius Cæsar necaretur, vt in eius vita Suetonius scribit, sinistra manu sinum ad ima crura deduxit,quo honestius caderet,etiam inferiore

Caligarum vsus.

Toga.

Supparũ.

corporis parte velata. Significat igitur Cicero Milonem Pompeio postulãte vt femur videret, si telum alligatum esset, pudenda membra, aut certe pudendis proxima nudasse, quod Romæ & in templo deforme admodũ haberi debebat nam apud Lydos cęterosq; barbaros, vt Herodot⁹ lib. j. scribit, magno ꝑbro erat etiã virũ cõspici nudũ. id Romæ turpius esse debebat. Authore Valerio Maximo lib. ij. de institutis antiquis in sacrato aliquo loco nudare se nefas esse credebatur. Ideo flamen Dialis, vt ait A. Gellius cap. xv. lib. x. tunicam intinam, nisi in locis tectis exuit, ne sub cælo tanq̃ sub oculis Iouis nudus sit. In sanctissimo templo) vbi Senatus habebatur. ante enim dixi Senatũ haberi non solitum nisi in loco augusto. ideoq; templum pro Senatu sæpe dici scribimus in commentarijs in Ciceronem de Senectute.

Quod tamen si metuitur etiã nũc Milo, non iam Clodianũ crimen timemus, sed tuas Cn. Põpei (te enim iã appello ea voce vt me audire possis) tuas inquã suspiciões perhorrescim⁹. si Miloné times, si hunc de tua vita nefarie aut nũc cogitare, aut molitũ aliquãdo aliquid putas: si Italię delect⁹, vt nõnulli cõquisitores tui dictitant: si hęc arma, si Capitolinę cohortes, si excubię, si vigilię, si delecta iuuẽtus, quę tuũ corp⁹ domumq; custodit, cõtra Milonis impetum armata est: atq; illa omnia in hũc vnũ instituta, parata, intẽta sunt: magna in hoc certe vis, & incredibilis animus, & non vnius viri vires atq; opes indicãtur: siquidé in hũc vnũ & præstãtissimus dux electus, & tota resp. armata est. Sed quis non intelligit omnes tibi Reip. partes ægras & labantes, vt eas his armis sanares & cõfirmares, esse cõmissas? Q: si Miloni locus datus esset, probasset profecto tibi ipsi, neminem vnq̃ hominem homini cariore fuisse, q̃ te sibi: nullũ se vnq̃ periculũ pro tua dignitate fugisse, cum illa teterrima peste sæpissime pro tua gloria contendisse: Tribunatum suum ad salutem meam, quę tibi carissima fuisset, consiliis tuis gubernatum: se a te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione Prętura, duos se habere semp amicissimos sperasse: te tuo beneficio me suo. Quæ si nõ probaret, si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo vt euelli modo posset: si deniq; Italia a delectu

vrbs ab armis, fine Milonis clade nunq̃ esset conquietura: ne iste haud dubitans cessisset patria, is qui ita natus est, & ita cõsueuit, te Magne tamẽ attestaretur, quod nũc etiam facit. Vide q̃ sit varia vitę cõmutabilisq; ratio, q̃ vaga volubilisq; fortuna, quantæ infidelitates in amicis, q̃ ad tempus aptæ simulationes, quantæ in periculis fugæ proximorum, quantę timiditates. Erit, erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cum tu non salutaribus vt spero reb9 tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum immutatus: qui q̃ crebro accidat, experti debemus scire, & amicissimi beneuolentiã, & grauissimi hominis fidem, & vnius post homines natos fortissimi viri magnitudinẽ animi desideres. Qq̃ quis hoc credat? Cn. Pompeium iuris publici, moris maiorum, rei deniq; publicæ peritissimum, cum Senatus ei commiserit, vt videret, Ne quid resp. detrimenti caperet, quo vno versiculo satis armati semper Consules fuerunt, etiam nullis armis datis, hunc exercitu, hunc delectu dato, iudiciũ expectaturum fuisse in eius iudiciis vindicandis, qui vel iudicia ipsa tolleret? Satis iudicatum est a Pompeio, falsa ista conferri in Milonem: qui legem tulit, qua, vt ego sentio, Milonem absolui oporteret: vt omnes confiterentur, liceret. Q; vero in illo loco, atq; in illis publicorum præsidiorum copiis circunfusus sedet, satis declarat, se non terrorẽ inferre vobis. Quid enim illo minus dignum? q̃ cogere vt vos eum condẽnetis, in quem animaduertere ipse, & more maiorum, & suo iure posset? sed præsidio esse, vt intelligatis, contra hesternã concionem illam licere vobis quod sentiatis libere iudicare.

Infidelitas.

Quod tamen si metuitur) Adimit Cicero metum Milonis Pompeio. Sententia est, Si adhuc metuitur Milo, non metuo ne ei cædes Clodiana noceat, sed tuas Pompei de Milone suspiciones perhorrescimus. Ea voce) Nam ad ærarium non procul a foro Pompeius sedebat. Conquisitores dicuntur ij qui cogunt, id est colligunt milites. Titus Liuius libr. xxi. Qui duo populi delectus acerbitate consternati, retentis. con-

Conquisitores, & conquis. habere.

quisitoribus metum defectionis quam praebuissent &c. Idem conquisitionem habere, vt habere delectum dicit libro. xxv. Ex hoc sic creati Triumuiri bini conquisitionem ingenuorum per agros habuerunt. Proximorum) id est propinquorum. Terentius in Phromione, Lex inquit, est vt orbae qui sunt genere proximi iis nubant, & illos ducere eadem haec lex iubet. Itemq; Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret propter egestatem, proximo iussa est dari. Quae tuum corpus domumq; custodit) Pompeius Milonem metuens in hortis superioribus se continebat, eosq; praesidio muniebat. Quo vero die haec causa acta est, Pompeius pro aerario sedens delecta militum manu septus est. In hoc) Milone. Vnius viri) id est Milonis solius. Si Miloni locus datus esset) Pompeius Milonem saepe ad se venientem non admisit, vt latius scribit Asconius. Teterrima peste) Clodio. Ad salutem meam) id est ad me reuocandum. A te postea defensum) id est postq; Tribunatu abijt a Clodio de vi accusatus est. Si non probaret) id est si non faceret, vt approbaret. Ita penitus) id est ita intrinsecus, & in imo pectore. Insedisset) id est infixa fuisset. Te attestaretur) id est virtutis & innocentiae suae te testem adduceret. Ad tempus) id est perpetuae. Quantę in periculis fugae proximorum) Quod etiam fecit C. Lucullus. is enim Milonis amicus propter familiaritatem Ciceronis egisse dicitur, ne se hac de re consulendo inuidia oneraret. Motu aliquo cōmunium temporum) id est excitata seditione & discordia ciuili.

Proximus.

Qui) motus temporum. Experti debemus scire) vt Syllanis & Cinnanis temporibus, vt in Catilinae coniuratione, vt in furioso Clodij Tribunatu. Amicissimi) Milonis. Versiculo) id est breui dicto, vt in oratione pro domo sua. Hoc vos pati potestis: hoc ferre ciuitas, vt singuli ciues singulis versiculis e ciuitate tollantur? Ibi enim versiculum appellat illam legem Clodiam, Velitis iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate ne sit, bonaq; eius vt mea sint? In scriptis versiculos dicimus, quas vulgo dicunt lineas. Satis armati semper Consules fuerunt) Nam in atroci negocio Senatusconsultum fiebat, vt darent operam Consules, nequid respublica detrimenti caperet, vt in bello Catilinario Salustius scribit. Consulibus in maximis periculis vniuersam rempublicam commendari solere Cicero author est in oratione de Aruspicum responsis. L. Opimio in C. Gracchi seditione. Cincinnato Dictatori in Sp. Melij regni affectatione, aliasq; saepe id Consulibus mandatum est. Hunc) Cneum Pompeium. Hunc delectu dato) Pompeio a Senatu mandatum est, vt in Italia haberet delectum, quantum opus esset, quod alijs Coss. mandari non solebat. Iudicium, id est damnationem: absolutionem enim potius sperabat. Vindicandis iudicijs eius) Clodij. Satis iudicatum est) Colligit Cicero legem Pompeij non esse contra Clodium, & armata praesidia esse, vt Senatores sententiam ferrent liberius. More maiorum) vt Seruilij Halae, & L. Opimii, aliorumq; quibus Senatus mandauit, caueretur nequid respublica detrimenti caperet. Suo iure) id est potestate a Senatu accepta. Authore Sallustio in bello Catilinario, quum decernebat Senatus, vt viderent Coss. ne quid respublica detrimenti caperet, potestas permittebatur maxima, vt pote exercitum parandi, bellum gerendi, exercendiq; omnibus modis socios atq; ciues, domi militiaeq; imperium atq; iudicium habendi, aliter populi iniussu nulli earum rerum Consuli ius est. Libere) id est fortiter & audacter.

Versiculus.

Nec vero me Iud. Clodianũ crimen mouet, nec tã ſum demens, tã vestri ſenſus ignarus atq; expers, vt neſciã quid de morte Clodii ſentiatis. de quã ſi iã nollẽ ita diluere crimen, vt dilui * tamẽ impune Miloni palã clamare atq; mẽtiri glorioſe liceret: Occidi. occidi non Spuriũ Meliũ, qui annonã leuãda, iacturaq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in ſuſpicionem incidit regni appetendi: non T. Gracchum, qui Collegæ magiſtratum per ſeditionem abrogauit: quorũ interfectores implerunt orbẽ terrarũ nominis ſui gloria: ſed eũ (auderet enim dicere quũ patriã periculo ſuo liberaſſet) cuius nefarium adulterium in puluinaribus ſanctiſſimis nobiliſſimæ fœminæ comprehenderunt: eum, cuius ſupplicia Senatus ſolennes religiones expiandas ſæpe cenſuit: eum, quem cum ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe L. Lucullus iuratus ſe quæſtionibus habitis dixit comperiſſe.

*Vel tamen glorioſe hęc p̄dicare Miloni liceret.

Soror germana.

Nec vero me Iudices) Docuit antea Cicero Clodium Miloni feciſſe inſidias, ideoq; iure occiſum. Hic docebit, q̃uis non feciſſet Clodius inſidias, e republica tamen fuiſſe, vt perniciosus ciuis necaretur. idcirco eſſe debere Miloni glorioſum nõ calamitoſum. Hoc autem poſterius adeo potens eſt, vt quum M. Brutus exercitationis cauſa, vt ait Quintilianus libro tertio. Milonis defenſionem componeret, in oratione gloriatus ſit occiſo ciue perdito. Maluit tamen Cicero prius oſtendere inſidias a Clodio factas, q̃ dixerant aduerſarij Milonem inſidiarum authorem eſſe. Quintilianus libro. iiij. de Partitione ſcribens de eo genere defendendi tractat: Si occidi, iure occidi: ſed non occidi. Poſteriore, vt inquit, ſolum vtendum eſſet, modo eſſet indubitabile. ſed ſi quid in eo quod fortius eſt timebimus, vtraq; probatione nitemur. Alius enim alio moueri ſolet, & qui factum putauit, iuſtum credere poteſt. Qui tanquam iuſto non mouebitur, factum fortaſſe non credet. Egregie, inquit, Cicero pro Milone inſidiatorem primo Clodiũ oſtendit: tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talem tamen ciuem cum ſumma virtute interfectoris & gloria necari potuiſſe. Paralepſim, id eſt prætermiſſionẽ hic eſſe Aquila Romanus ſcribit, vbi quaſi prætermittentes quædam, nihilominus dicimus. vt pro Milone, inquit, illa queſtio inducta eſt, qua docet e rep. fuiſſe Clodiũ occidi. Q; ſi non poſſem, inquit Cicero, diluere, vt dilui, tñ glorioſe hæc prædicare Miloni liceret. Vtemur tamen hoc adiumento in his quæ infirma vel nobis inuidioſa forent, ſi directo dicerẽtur. Clodianũ crimen). i. Clodij cædes: vt paulo ante, Nõ iã Clodianuũ crimẽ timem⁹. Et pro A. Cluẽtio, in Oppianici cauſa crimẽ hoc Aſinianũ cũ teſtib⁹ multis,

tum vero indicio Aiulij probabatur. Asinianum crimen.i. Asinij cædes, de qua in iudicio agebatur. Vestri sensus) vestræ mentis assensionibus enim vniuersi Senatus Clodij mors probata est: Iudicum autem multi Senatores erant, ex Senatorio ordine Cicero erat. Tamen impune Miloni.) Legit Aquila, tamen gloriose hæc prædicare Miloni liceret. Quæ lectio mihi videtur melior, non improbo tamen lectionē eā quæ vulgatior est. Mentiri gloriose) Nam si Milo Clodium a se occisum prædicaret, id ei gloriosum esset: tamen ipse mentiretur. nam in hac causa Milonis voluntatem a Clodij cæde remouet. nam neq; imperante, neq; sciente, neque præsente Milone Clodius occisus est. Occidi, non Sp. Melium &c.) Argumentum a minore ad maius hic esse Quintilianus lib. v. docet. Maiore enim se gloria dignū Milo ostendit, q̄ Seruilius Hala & L. Opimius fuerint, qui orbem terrarum nominis sui gloria impleuerunt. Sp. enī Melius & Tyb. Gracchus reip. aliquantulum prodesse videbantur. Melius enim rei familiaris iactura annonam leuabat: & Tyb. Gracchus abrogando magistratum collegę seditionem aliquantum placabat. Qui annona leuanda) Extenuat Halæ & Opimij facta vt Milonis facinus amplificet. Nam priuata pecunia frumentum Melius emit. idq; in populum largitus est. Leuauit igitur annonam) id est fecit ne tanta esset annonę caritas. Qui Collegæ) M. Octauius Tribu. pleb. precibus locupletum euictus intercessit legi Agrariæ, quam collega eius Tybe. Gracchus ferre volebat. Aliam mitiorem Tyberius tulit, qui nullis precibus ab Octauio impetrare potuit, ne intercederet. Quum fieri non posse videret Gracchus, quin ex hac magistratuum discordia ciuitatis seditio fieret, ab Octauio impetrare frustra conatus est, vt ad populum referretur, de Tribunatu alterutri abrogando. Postera die aduocata concione Gracchus ad populum tulit de Octauij abrogatione. populi Romani iussu Tribunatus ei abrogatus est. Latius historiam a Plutarcho in Gracchorum vita explicatam inuenies.

Crimē Clodianum.

Adulterium) Adulterium nunc appellat, quod ante dixit incestum stuprum. In puluinaribus sanctissimis) Bonæ deæ. Solennes religiones) id est solennia sacra. Cuius supplicio) de hoc adulterio quid Senatus censuerit scribit M. Cicero libr. Epistolarum ad Atticum primo. Credo, inquit, te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret sacrificiū, venisse eo muliebri indutū vestitu virū, idq; sacrificiū, quum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio principe Senatus in Senatu factam. postea rē ex S. C. ad virgines & Pontifices relatam. idque ab ijs nefas esse decretum, deinde ex S. C. Consules rogationem promulgasse, vxori Cæsarē nuncium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodij ductus operam dat, vt ea rogatio, quam ipse fert, ex S. C. & de religione, antiquetur. Messala vehementer adhuc agit seuere. boni viri præcibus Clodij remouentur a causa, operæ comparantur, nosmetipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, cottidie demitigamur. instat & vrget Cato. Quid multa? vereor ne hæc neglecta a bonis, defensa ab improbis magnorum reip. malorum causa sit. P. Clodius, vt ipse etiam gloriari solebat, ducentis Senatusconsultis confixus est, quæ sunt omnia cōtra illum pro religionibus facta, vt idem ait de Responsis Aruspicum. Sororem germanam & fratrem germanum Cicero non semel dicit. Nefarium stuprum) Stuprum, quod cum sorore admissum est, appellat. Cicero pro domo sua in nefarium hoc stuprum cauillatur. Vide, inquit, ne tu te debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem sororem & vxorem appellare possis. Sororium adulterium in oratione in

P. Clodij adulterium & absolutio.

Stuprum.

L.Pisonem appellat. Quæstionibus habitis)L.Lucullus ancillas in medium duxit, quæ affirmarunt Clodium, quum apud se domi habitarent, iuniori sorori se commiscuisse, vt ait Plutarchus in vita Ciceronis, quo eodem authore in vita L. Luculli Clodius sororem suam Luculli vxorem intemperātissimā mulierem libidini suæ allexit.

Eum qui ciuem, quem Senatus, quē populus, quē omnes gentes vrbis ac vitæ ciuium conseruatorē iudicabant, seruorum armis exterminauit: eum qui regna dedit, ademit; orbē terrarum quibuscum voluit partitus est, eū qui pluribus cædibus in foro factis, singulari virtute & gloria ciuē, domum vi & armis compulit: eum cui nihil vnq̄ nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eum qui ædem Nympharum incēdit, vt memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret: eum deniq;, cui iam nulla lex erat, nullū ciuile ius, nulli possessionum termini: qui non calumnia litiū, non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat.

Qui ciuem).i.me Ciceronem. Regna dedit)P Clodius Trib.pleb.Pessinuntem sedem domiciliumq; Cybeles Brogitaro Gallogræco impuro & nefario homini vendidit, eumq; iussit regē appellari. vt amplius tradit Cicero in oratione de Aruspicum responsis, & pro P.Sestio. Ademit regna)Ptolemæum Regem Cypri eodem iure quo frater Ptolemæus Aegypti rex regnantem, cuius cum patre & auo Romanis societas amicitiaq; fuisset, P.Clodius Trib.pleb.nefaria lege, causa incognita publicauit. Huius pecuniæ deportandæ, & si quis suum ius defenderet, bello gerendo M. Catonem præfecit. Author est Cicero pro domo sua, & amplius pro P.Sestio. Orbem terrarum quibuscū voluit partitus est)P.Clodius Trib. pleb. L.Pisoni & A.Gabinio prouincias ita partitus est: vt ille totam Achaiam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemq; Barbariam. Gabinius vero Syriam, Babylonē, Persas acciperet, vt in oratione pro domo sua Cicero scribit. Pluribus cædibus factis).i.pluribus hominibus occisis. In foro).i.templo Castoris, vt ante dictum est. Singulari virtute & gloria ciuem) id est Cn.Pompeium. Nam postquam seruus is, cui sica in tēplo Castoris extorta erat, & ad Gabinium Consulem delata dixit a P.Clodio imperatum sibi, vt Pompeium occideret: Pompeius statim domum rediit, ex eodem tēpore obsessus a liberto Clodii Damione est, vt ait Asconius. Qui ædem Nympharum)Nympharum templum fuit Romæ. Quum enim vastis incendiis Vrbs obnoxia foret, Nympharū, quæ aquis præsunt, ope incendio subueniri putabant. Id templum P.Clodius incendit. Cicero in oratione de Responsis Aruspicum de Clodio, Idem, inquit, earum templum inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subuenitur. Vt memoriam publicam recensionis)Solebant Censores quinto quoq; anno de moribus po.Ro.iudicare, Senatu

improbos mouere, Senatus Principem legere, aliaq; eiusdem generis facere, quae mul
Censorum tabulae. ta scribimus in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. Quae Censores fecerant, ea in tabulas referebant. vt Cicero de Aruspicum responsis probaturum se dicit, Censorũ tabulis Clodij domum sacellum fuisse, A Clodio in stupris inauditis nefarijsq; versato vetus illa magistra pudoris & modestię seueritas Cẽsoria sublata est, quae annos quadringentos durauit, vt scribit Cicero in oratione in L. Pisonem. Quia igitur Censoria seueritas P. Clodij nefarijs moribus inimica erat, non modo eam sustulit, sed Censorũ tabulas, id est libros, vt perderet, Nympharum templum, in quo asseruabantur, excussit. Cicero in oratione pro M. Caelio de P. Clodio, Qui, inquit, aedes sacras, qui censum
Recensere. pop. Ro. qui memoriam publicam suis manibus incendit. Recensionis) id est census. Recensere enim pro simplici dicitur. Virgilius lib. Aeneid. vj. Omnemq; suorum Forte recensebat numerum. Impressam) id est scriptam. Eum deniq;) Verbum occidi
Calumnia. hic semper repetendum. Non calumnia litium &c.) id est qui non aliquo iuris praetextu, quanuis iniusto possessiones petebat. Non calumnia litium) Calumnia a caluẽdo, id est decipiendo vt Priscianus ait, dicta a Cicerone lib. de Offic. j. describitur, vt sit callida & malitiosa iuris interpretatio. Lib. Digest. iij. tit. est de calũniatoribus. Non
Vindiciae. iniustis vindicijs) Vindiciae quae sint Asconius Paedianus scribit in Commẽtarijs in orationem Ciceronis in Verrem de Praetura Vrbana. Lis, inquit, vindiciarum est quũ litigatur de ea re apud Pretorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor. Et ideo qui eam tenet, satisdat aduersario suo pro prede litis vindiciarum, quo illis satisfiat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset. Rursus ipse sponsione certae pecuniae aut aestimationis prouocatur, quam amittat, nisi sua sit haereditas de qua
Sacramẽtũ. contendit. Ac sacramentis) Sacramentum erat pecunia ab vtroq; litigatorum deposita, vterq; enim litigatorum certam aliquam pecuniam ad sacrum deponebat. Victor pecuniam suam recipiebat: victi pecunia in aerarium referebatur. M. Varro lib. de Lingua Latina. j. Ea pecunia, inquit, quae in iudicium venit, in litibus sacramentum a sacro dicta est. Nam qui petebat, & qui inficiabatur de alijs rebus vterq; quingentos aeris ad pontem deponebant. De alijs rebus item certum alium legitimum numerum assi um. Qui iudicio vicerat, suum sacramentum a sacro auferebat, victi sacramentum ad aerarium redibat. Haec intercisa apud Varronem sunt. Signis inferendis) id est tanq̃ hostili praelio.

Qui non solum Etruscos (eos enim penitus contempserat) sed hunc Cn. Pompeium virum fortissimum, atq; optimũ ciuem, iudicem nostrũ pellere possessionibus, armis castrisq;
Dxẽpedae. conatus est: qui cum architectis & decempedis villas multorum, hortosq; peragrabat: qui Ianiculo, & Alpibus spem possessionum terminabat suarum: qui cum ab equite Romano splendidissimo & forti viro, T. Paconio non impetrasset, vt
Precius lac⁹. insulam in lacu Precio venderet, repẽte lyntribus in eam in

ſulam materiam,calcem,cœmenta,atq; arma conuexit: do-
mino trans ripam inſpectante, non dubitauit ædificium ex-
truere in alieno: qui huic T.Furfanio,cui viro dii immorta-
les?(quid enim de muliercula Sanctia? quid de adoleſcente
Apronio dico? quorũ vtriq; mortẽ eſt minitatus, niſi horto-
rũ poſſeſſione ceſſiſſet)ſed auſus eſt Furfanio dicere, ſi ſibi
pecuniam quantam popoſcerat non dediſſet, mortuum ſe in
domum eius illaturũ. qua inuidia huic eſſet tali viro confla-
grandum? qui Appium fratrem hominem mihi coniunctum
fideliſſima gratia, abſentem de poſſeſſione fundi deiecit: qui
parietem ſic per veſtibulũ ſororis inſtituit ducere, ſic agere
fundamenta, vt ſororem non modo veſtibulo priuaret, ſed
omni aditu & lumine. Quãquã hæc quidem iam tolerabilia vi-
debantur: etſi æqualiter in rempublicã, in priuatos, in lon-
ginquos, in ꝓpinquos, in alienos, in ſuos irruebat: ſed neſcio
quomodo iam vſu obduruerat & percalluerat ciuitatis in- Percallere
credibilis patientia. Quæ vero aderant iam & impendebãt,
quonam modo ea aut depellere potuiſſetis? aut ferre impe-
rium, ſi id ille nactus eſſet? Omitto ſocios, exteras nationes,
Reges, Tetrarchas (vota enim feceratis, vt in eos ſe potius
mitteret q̃ in veſtras poſſeſſiones, veſtra tecta, veſtras pecu-
nias) dico a liberis mediusfidius, & a cõiugibus veſtris nũq̃
ille effrenatas ſuas libidines cohibuiſſet. Fingi hęc putatis?
quæ patet? quæ nota omnibus? quę tenent ſeruorũ exercitus
illum in Vrbe cõſcripturum fuiſſe, per quos totam Remp.
reſq; priuatas omniũ poſſideret? Quamobrem ſi cruentum
gladium tenens clamaret T.Annius, Adeſte quæſo, atq; au-
dite ciues, P.Clodium interfeci: eius furores, quos nullis iam
legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, & hac
dextera a ceruicibus veſtris repuli: ꝑ me vnũ effectũ eſt, vt
ius, ęq̃tas, leges, libertas, pudor, pudicitia ĩ ciuitate manerẽt.

Contempserat) id est contemptos vexauerat. Etruscos enim a Clodio insigni quadam iniuria affectos ante significauit Cicero, vbi dixit, Si Clodium Milo occidisset, ad Basilij monimentum, qui locus latronum occultator & receptator erat, multi ab illo violati, spoliati, bonis expulsi, multi etiam hæc timentes in suspicionem caderent: tota denique rea citaretur Etruria. Decempeda proprie dicitur pertica decem pedes longa, qua architecti fabri, mensores agri vti solent. Ab accusatiuo græco δεκάποδα vt alia multa latina, cuiusmodi sunt cassida, cratera, lampada deriuari Priscianus lib. vi. scribit. Hic decempedas pro agrimensoribus dixit, quemadmodum in Philippica xiij. Si, inquit, coloniarum & municipiorum sine vlla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis vrbis? quam ille ad explēdas egestates latrocinij sui concupiuit, quam iam peritus metator & callidus decempeda suus Saxa diuiserat. Erat enim Saxa Antonij sectator. Decempedatorem idem appellat Philippica xiij. Cauebat L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator. Spem possessionum &c.) id est sperabat fore vt a Ianiculo ad Alpes Etruriam & reliqua possideret. Huic T. Furfanio) Hunc Furfanium ex Iudicibus vnum fuisse significat: is autem Ciceronis amicus fuit, ad quem Prætorem scribit lib. Epist. familiarium vj. Quid enim de muliercula, Cū T. Furfanio minatus est, nihil mulierculæ & adolescenti minatum esse mirandum est. Hic autem Apronius non est is in quem multa dicit Cicero Actione in Verrem v. Mortuum se in domum eius illaturum) Authore Caio Iuriscon. lib. Pandectarum xj. titulo de religiosis locis & sumptibus funerum, si quis intulit mortuum in locum alienum, aut eum tollere, aut precium domino soluere actione in factum cogitur. Negat ibidem Vlpianus loci domino licere huiusmodi mortuum effodere sine decreto Pontificum, vel iniussu Principis, alioqui iniuriarum fore actionem aduersus eū qui eiecerit. Hæc autem mortui illatio locum facit religiosum, vt in libro j. de rerum diuisione traditum est. Cur autem religiosus locus appelletur Sex. Pompeius ex Aelij Galli sententia significat, q iam sit locus ille aliquid, quod ibi homini facere non liceat: quod si faciat aduersus deorum voluntatem facere videatur. Appium fratrem) Is est Appius Pulcher, ad quem Ciceronis epistolæ familiares libri tertij sunt. Ducere) id est ædificare, & erigere, vt in lib. Aeneid. j. Pars ducere muros Moliriq; arcem. In longinquos) i. eos qui longe habitarent, & propinquos i. qui prope. Quis propinquos pro consanguineis dicere solitus Cicero sit. In alienos) i. neq; cognatos neq; affines.

In suos) id est in fratrem & sororem. Iam vsu obduruerat) id est ciuitas iam vsu & consuetudine patiebatur. ideoq; magis tolerabilia videbantur. Quę vero aderant) Hæc sub oculos subiectio quæ a Cornelio Celso euidentia appellata est, mirum quantum afficiat & moueat auditores. Hac non modo quę facta sunt, aut fiant, sed etiā quæ futura sunt, aut futura fuerint imaginamur. Mire tractat hoc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius, si Prætruam iuuasset. Author est Quintilianus lib. v. Aderant iam) i. instabant & fere præsentia erant. Nā comitia iam longius extracta fuerāt, quibus Prætor futurus erat Clodius, qui factis Consulibus Hypseo & Scipione sperabat se posse remp. eludere in illis suis cogitatis furoribus. Si id imperium) id est Prætor factus esset. Prætori eñi imperiū Cōsulare erat. Iisdem auspiciis & comitijs Prætores & Consules creabantur. Omitto &c.) Sententia est. Non dico P. Clodium effrena-

tas suas libidines nunquam cohibiturum si vixisset a sociis,exteris nationibus &c.sed nego vnq̄ cohibiturū a liberis &c.Eius igitur Prætura quū alijs exteris perniciosa,tum vobis perniciosissima fuisset. Socios po.Ro.) Persæpe a Cicerone appellari attendimus eos qui Romanis,a quibus deuicti sunt,tributa soluant.Hac ratione Siculos in Verrem socios sæpe dicit. Cruentū) cæci Clodij sanguine.Si cruentum gladium tenēs clamaret) Argumentum a fictione est. In ciuitate manerent) ea enim Clodius eiecerat.

Enimuero timendum quonā modo id factum ferret ciuitas? nunc enim quis est,qui non probet? qui non laudet? qui non vnum post hominum memoriam T. Annium plurimum reip. profuisse,maxima lætitia pop. Ro. cunctam Italiam, nationes omnes affecisse & dicat & sentiat? Nequeo vetera illa pop. Ro. quanta fuerint gaudia iudicare. Multas tamen iam summorum Imperatorū clarissimas victorias ætas nostra vidit, quarum nulla nec tam diuturnam attulit lætitiā, nec tantam. Mādate hoc memoriæ Iudices,spero multa vos liberosq; vestros in Rep. bona esse visuros. In his singulis ita semper existimabitis: viuo P. Clodio nihil horum vos visuros fore. In spem maximam, quemadmodum confido, verissimam adducti sumus: hunc ipsum annum, hoc summo viro Consule, concussa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & Iudiciis constitutis,salutarem ciuitati fore. Nam quis igitur est tam demens, qui hoc P. Clodio viuo contingere potuisse arbitretur? Quid? ea quę tenetis priuata atque vestra,dominante homine furioso,quod ius perpetuæ possessionis habere potuissent? Non timeo Iud. ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in illum euomere videar, q̄ verius. Etenim etsi præcipuum esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, vt in communi odio pene æquabiliter versaretur odium meum. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris, quantum exitii fuerit. Quin sic attendite Iudices, nempe hæc est quæstio de interitu P. Clodii. Fingite animis: liberæ enim sunt

Libentius q̄ verius.

cogitationes nostræ: & quæ volunt sic intuentur, vt ea cernimus, quæ videmus. Fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si possim efficere vt Milonem absoluatis: sed ita, si P. Clodius reuixerit. Quid vultus extimuistis? quonammodo ille vos viuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit? quid si ipse Cn. Pompeius, qui ea virtute ac sapientia est, vt ea potuerit semper, quæ nemo præter illũ: si is inquam potuisset, vt quæstionem de morte P. Clodii ferre, sic ipsum ab inferis excitare: vtrum putatis potius facturum fuisse? etiam si propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare, propter remp. nõ fecisset? Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitã si putetis per vos restitui posse, nolitis. & de eius nece lata quæstio est, qui si eadem lege reuiuiscere posset, lata lex nunquam esset. Huius ergo interfector non esset in confitendo ab his impetraturus, ne pœnam timeret, quos liberauisset? Græci homines deorum honores tribuut his viris, qui Tyrannos necauerũt. Quæ ego vidi Athenis? quæ aliis in vrbibus Græciæ? quas res diuinas? tabulas institutas viris? quos cantus? quæ carmina? prope ad immortalitatem & religionem & memoriam consecrantu r. Vos tanti conseruatorem populi, tanti sceleris vltorẽ non modo honoribus nullis afficietis, sed ad supplicium rapi etiam patiemini?

Reuiuiscere.

Tyrannicidæ premiũ

Post hominum memoriam) i. postq̃ historiæ scribi cœperunt. historijs enim hominum memoria conseruatur. Id autem post hominum memoriã, post natos homines, post natum genus hominum cum superlatiuo adiungi solet. Aetas nostra vidit) i. tempore nostro vidimus. Nihil horum vos visuros fore) i. quum videbitis hæc bona, existimabitis si viueret P. Clodius, vos hæc bona visuros non esse, Visuros fore contra Grãmaticorum præcepta dictũ est. Hoc vt non semel, ita non sæpe dicitur. Quem admodũ confido) vt in lib. de amicitia. Moueor tali amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vnq̃ erit: & vt confirmare possum, nemo certe fuit. Præterita enim a nobis, certa sunt, futura incerta. Hunc ipsum annũ) i. præsentem. Hoc summo viro) Milone. Cõcussa) i. depressa. Tenetis) i. possidetis. vt i. j. de Offi. Quod cuiq; obtigit, id iure teneat.

Visuros fore.

Homine furioso) P. Clodio, Inimicitiarum mearum) cum Clodio. Libentius q̃ verius) Vt amici laus, ita inimici vituperatio ab affectu magis q̃ a veritate profecta fide vacillare solet. Libentius q̃ verius) De hoc dicendi genere in nostris Progymnasmatis scribimus. Euomere) id est debacchari, & per iracundiam dicere. Terent. in Adelphis, Vt iram hanc in eos euomam, dum ægritudo hæc est recẽs. Hæc est quæstio) id est causa. Liberę enim sunt cogitationes nostrę) Authore Quint. lib. vj. quas phãtasias Gręci vocant, nos sane visiones appellemus, per quas imagines rerum absentiũ ita repręsentantur animo, vt eas cernere oculis, ac præsentes habere videamur. Ea quæ volũt sic intuẽtur) vt cernimus quæ videmus, ita intuetur anim⁹ q̃ cogitat. Reuixerit) a reuiuiscendo. nam reuiuere nõ dicitur. Perculit potius q̃ percussit legendum mihi videtur. q̄ percellere tam ad corpus q̃ ad animum, percutere fere ad corpus referatur. Potuisset) i. potestatem habuisset. Quæstionem ferre) i. in iudicium cõstituere. Eius igitur mortis sedetis vltores) Enthymema hoc esse ex repugnantibus, quæ fortior multo probatio est, Quintil. lib. v. testis est. Qui Tyrannos necauerunt) Summam Tyrãnicidę gloriam esse Cicero docet in Philippica. j. Beatus, inquit, nemo, qui ex lege viuit, vt non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Idem in secunda. Hęc, inquit, non, cogitas nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, q̃ sit pulchrum, beneficio gratum, fama gloriosum Tyrannum occidere. Legem apud Græcos fuisse, vt Tyrannicidę imago in gymnasio poneretur. Quintil. libro. vij. significat. Valerius lib. ij. titulo de maiestate dicit, Harmodio & Aristogitoni, qui Athenas liberare Tyrannide conati sunt, positas effigies æreas, a Xerxe vrbe potito asportatas, longo interuallo Seleucum in pristinam sedẽ curasse reportandas, easq; Rhodios vrbi suæ appulsas in hospitium publicum inuitasse, atq; in sacris puluinaribus collocasse. Tam gloriosum in Gręcia fuit Tyrannum occidere, vt eodem Quintil. libro decimo authore, Alcęus in parte operis aureo plectro donatus sit, quia sit Tyrannum insectatus. Cantus & carmina distinguere videtur, vt sit cantus actio ipsa, carmen quod compositum sit. Ad immortalitatem) id est Tyrannicidæ ipsi tanq̃ dij noui constituuntur.

Tyrãnicidę

Confiteretur, cõfiteretur inquam, si fecisset, & magno animo, & libenter se fecisse libertatis omnium causa: quod certe ei non confitendum modo fuisset, verumetiam prædicandum. Etenim si id non negat, ex quo nihil petit, nisi vt ignoscatur, dubitaret id fateri, ex quo etiam præmia laudis essent petenda: nisi vero gratius putat esse vobis, sui se capitis, q̃ vestri ordinis defensorem fuisse: cũ præsertim in ea confessione, si grati esse velletis, honores assequeretur ãplissimos. Si factu vobis nõ probaretur (q̃q̃ qui poterat salus sua cuiq̃ nõ probari) sed tamen si minus fortissimi viri virtus ciuibus grata

ceciditſſet.magno animo cõſtãtiq; cederet ex ingrata ciuitate.nã quid eſſet ingratius,q̃ lętari cęteros, lugere eũ ſolum propter quę cęteri lætarentur? q̃q̃ hoc animo ſemper omnes fuimus in patrię proditoribus opprimendis: vt quoniam noſtra futura eſſet gloria,periculum quoq; & inuidiam noſtrã putaremus.Nam quę mihi contribuenda laus eſſet ipſi,cum tantum in Conſulatu meo pro vobis ac liberis veſtris auſus eſſem: ſi id quod conabar,ſine maximis dimicationib9 meis me eſſe auſuru arbitrarer? Quæ mulier ſceleratum ac perniciosum ciuem occidere non auderet,ſi periculũ nõ timeret? Propoſita inuidia,morte,pœna, qui nihilo ſegni9 republicã defendit, is vir vere putandus eſt. Populi grati eſt, præmiis afficere bene meritos de repub.ciues: viri fortis,ne ſuppliciis quidẽ moueri, vt fortiter feciſſe pœniteat. Quãobrẽ vteretur eadẽ cõfeſſione T.Annius,qua Hala,qua Naſica, qua Opimius,qua Marius,qua noſmetipſi: & ſi grata reſp.eſſet,lętaretur: ſi ingrata,tũ in graui fortuna cõſciẽtia ſua niteretur.

Confiteretur) Nam in narratione dixit Clodium a Milonis ſeruis occiſum.Nã Milonis voluntatẽ a cęde Clodij Cicero remouet, vt probet eum magis nõ feciſſe inſidias. Probaretur vobis) id eſt,approbaretur a vobis. Fortiſſimi viri) Milonis. Cecidiſſet) eueniſſet,fuiſſet. Cederet ex ingrata ciuitate) id eſt abiret in exilium voluntariũ. Periculum & inuidiã) Nam vbi plus eſt periculi,ibi plus gloriæ eſt. Auſus eſſem) in opprimenda Catilinæ coniuratione. Sine maximis meis dimicationibus) id eſt ſine periculo & inuidia. Qui nihilo ſegnius) q̃ ſi hæc propoſita non eſſent. Vir vere) i.vere fortis. Viri fortis ne ſuppliciis) Fortitudo a Cicerone in Tuſculanis Quęſt. deſcribitur,vt ſit mortis doloriſq; contemptio. Ea enim vt lib.iij.idem ait, tanto nos animo eſſe cogit,vt omnia quæ poſſent homini euenire contemnamus,& pro nihilo ducamus.Ne ſuppliciis quidem moueri,ſi ingrata ciuitas ſit: idq; beneficium ſupplicio compenſatura ſit,nunq̃ tamen virum fortem bene feciſſe pœniteat. Qua Hala) qui Sp.Melium. Qua Scipio Naſica) qui Tyberium Gracchum. Qua L.Opimius) qui C.Gracchum. Qua C.Marius) qui L.Saturninum occiderunt.

Sed huius beneficii gratiã Iudices fortuna pop. Romani & veſtra felicitas,& dii immortales ſibi deberi putant.Nec

vero quiſq́ aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam vim cęleſtem exiſtimat, numen ve diuinum: quem neq; imperii veſtri magnitudo, neq; ſol ille, nec cæli, & ſignorum motus, nec viciſſitudines rerum atq; ordines mouent, neq; id quod maximum eſt, maiorum ſapientia: qui ſacra, qui cerimonias, qui auſpicia & ipſi ſanctiſſime coluerunt, & nobis ſuis poſteris prodiderunt. Eſt profecto illa vis. Neq; in his corporibus, atq; in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddam quod vigeat, & ſentiat, & non ineſt in hoc tanto naturę, tam pręclaro motu. Niſi forte idcirco non putant, quia non apparet, nec cernitur: perinde quaſi noſtram ipſam mentem, qua ſapimus, qua prouidemus, qua hæc ipſa agimus, ac dicimus, videre aut plane qualis, aut vbi ſit ſentire poſſimus.

Vis cęleſtis

Sed huius beneficij gratiam) Hanc gratiam Clodij occiſi debetis habere fortunæ po. Ro. & felicitati veſtræ, & dijs immortalibus. Hunc enim pro ſalute veſtra interfici voluerunt. Clodij mortem diuina quadam voluntate Miloni deuotam eſſe M. Cicero ſcribit de reſponſis Aruſpicum, quam orationem multo ante habuit, q̃ Clodius interficeretur. Accedit, inquit, ꝙ expectatione omnium fortiſſimo ac clariſſimo viro T. Annio deuota & conſtituta iſta hoſtia eſſe videtur, cui me præripere deſponſam iam & deſtitutam laudem, quum ipſe eius opera & dignitatem & ſalutem recuperarim, valde eſſet iniquum. Etenim vt P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiumq; Carthaginis, qui illam a multis Imperatoribus obſeſſam, oppugnatam, labefactatã, pene captam, aliquando quaſi fatali euentu ſolus euertit. ſic T. Annius ad illam peſtẽ comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus eſſe videtur, & quaſi diuino munere donatus reipublicę. Quod autem Clodium appellet hoſtiam, dijs inuiſum ſignificat. Nonnullis enim deorum mactabantur animalia, quæ ipſis inuiſa eſſent.

Fortuna populi Romani &c.) Argumentum a rebus diuinis eſt, de quo Quintilianus lib. v. Fortuna populi Romani) Contendit Plutarchus in lib. de Fortuna Romanorum, imperij Romani initium & incrementa vi fortunę facta fuiſſe. Ideoq; multa Fortunę templa in Vrbe ædificata. Qui nullam vim cæleſtem) Nonnulli philoſophorum fuerunt, qui deos omnino eſſe negarent: vt Diagoras Mileſius, Theodorus Cyreneus, Euhemerus Tegeates, vt ait Plutarchus in lib. j. de placitis philoſophorum, Epicurus deos quidem eſſe dixit: eos tamen curare hęc mortalia negauit. Hæc igitur ſententia ſit, qui diuinam aliquam vim eſſe credit, qua inferiora hęc regantur, hanc cędem Clodij numine diuino factam eſſe fateatur neceſſe eſt. Quem neq; imperij veſtri magnitudo) Qui nullam vim cæleſtem exiſtimat, is imperii veſtri magnitudine ſole, cæli & ſignorum motu, cæteriſq; rebus nõ mouetur. His enim, ſi attendat, doceri

possit aliquam vim esse diuinam. Sol, cæli, & signorum motus. Hac ratione Cicero in libro de Natura deorum deos esse ostendit. Idem in lib. Tuscul. disputationum primo, etiam docet. Cuius verba aliquanto plura, sed huic loco aliquantum lucis afferentia ascribimus. Quum, inquit, videmus speciem primum candoremq; cæli, deinde conuersionis celeritatem tantam, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum ac noctium, commutationesq; temporum quadripertitas ad maturitatem frugũ & ad temperationem corporum aptas, eorumq; omniũ moderatorem & ducem Solem Lunamq; accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantẽ & significantem dies, tum in eodem orbe in partes xii. distributo, quinq; stellas ferri eosdem cursus constantissime seruantes disparibus inter se motibus, nocturnamq; cæli formam vndiq; sideribus ornatam. Tum globum terræ eminentem e mari fixum in medio mundi vniuersi loco duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem. Vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Altera australis ignota nobis, quam vocant Græci antiaxona. Cæteras partes incultas q͂ aut frigore rigeant, aut vrantur calore. Hic autem vbi habitamus non intermittit suo tempore cælum nitescere, arbores frondescere, segetes largiri fruges, florere omnia, fontes scatere, herbis prata conuestirier. Tum multitudinem pecorum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda, hominemq; ipsum quasi contemplatorem cæli ac deorum, ipsorumq; cultorem, atq; hominis vtilitati agros omnes & maria parentia. Hæc igitur & alia innumerabilia quum cernimus, possumus ne dubitare, quin his præsit aliquis conditor vel effector, si hæc nata sunt, vt Platoni videtur, vel si semper fuerint, vt Aristoteli placet, moderator tanti operis atq; muneris? Hæc ille. vbi poetæ alicuius aliquot versus admiscet. Vicissitudines rerum: vt veris, æstatis, autumni, hyemis, frugum, fructuum. Maiorum sapientia) id est quem maiorum sapientia non mouet. Qui) maiores. Hac fere ratione vtitur Cicero in libris Tuscul. quæst. primo de Amicitia, de Senectute, vt doceat animos esse immortales. Illa vis) diuina. In his nostris corporibus. Neq; in his corporibus) Argumentum a minori ad maius. Hæc disputatio de diis fortasse ociosa non sit. Vt enim de animorum immortalitate, ita de deorum ratione tum dubitatum putem. Nisi enim de animorum immortalitate dubitatum esset, cur de ea tam multis in locis disputasset Cicero? Cur sibi mortem Cato allaturus librum Platonis tam diligenter legisset, qui est de animorum immortalitate, nisi vt cunctantem animam vt egrederetur, spe immortalitatis inuitaret? Perindequasi nostram ipsam mentem) Ratione contraria vtitur Cicero libro Tuscul. Quæst. j. vt animam esse doceat, Mentem, inquit, hominis, quis eam non videas, vt deum non vides, tum vt deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum, & inuentione & celeritate motus omniq; pulchritudine virtutis, vim diuinæ mentis agnoscito. De animo idem paulo ante illud dicit. Non valet tantum animus vt se ipse videat, ac vt oculus sic animus sese non videns alia cernit.

Dũ esse & animũ nostrũ immortalem.

Ea vis, ea est igitur, que sæpe incredibiles huic vrbi felicitates atq; opes attulit, quæ perniciem extinxit ac sustulit: cui

primũ mẽtẽ iniecit, vt vi irritare, ferroq; lacessere fortissimũ virũ auderet: vinceretur q; ab eo, quem si vicisset, habiturus esset impunitatẽ & licẽtiã sempiternã. Nõ est humano cõsilio, nec mediocri quidẽ Iudices deorũ immortaliũ cura, res illa pfecta. Religiões me hercule ipsę, arę q; cũ illã belluã cadere viderunt, cõmouisse se vident, & ius in illo suũ retinuisse. Vos eñ Albani tumuli atq; luci, vos inquam imploro atq; obtestor, vosq; Albanorũ obrutæ aræ sacrorũ pop. Ro. sociæ & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis prostratisq; sanctissimis lucis, substructionũ insanis molib⁹ oppresserat: vestræ tũ aræ, vestræ religiones viguerũt, vestra vis valuit, quã ille omni scelere polluerat. Tuq; ex tuo edito monte Latialis sancte Iuppiter, cuius ille lacus, nemora, finesq; sępe omni nefario stupro & scelere macularat, aliquando ad eũ puniendũ oculos aperuisti. Vobis illę, vobis vestro in conspectu serę, sed iustę tamẽ, & debitę pœnę solutę sunt. Nisi forte hoc etiã casu factũ esse dicimus, vt ante ipsum sacrariũ Bonę deę, quod est in fundo T. Sestii Galli, in primis honesti & ornati adolescentis, ante ipsam inquam Bonã deam, cũ prelium cõmisisset, primũ illud vulnus acceperit, quo teterrimam mortem obiret: vt non absolutus iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem pœnam reseruatus.

Albani tumuli.

Iuppiter Latialis

Incredibiles fel.) Incredibiles felicitates quum alias sæpe, tum in secundo bello Punico, quum ab vrbe Roma moueri castra Hannibal coactus est. Illam perniciem, id est Clodium. Vos Albani tumuli) Apostrophen, id est sermonis a Iudice auersionem hic esse Quintilianus lib. ix. docet. Quanuis ad Iudices sæpe dirigatur oratio, plerũq; tamen ad aduersarios, ad litigatorem nostrum, ad nos ipsos, ad multitudinem circunfusam, ad absentes, ad mortuos, ad deos dirigimus. Hæc enim varietas Iudicem reficit.

Vos enim Albani) Quintilianus libro vndecimo, scribens, aliud alios eloquentię genus decere, illa esse dicit plena sanguinis, Vos enim iam Albani tumuli &c. eaq; negat conuenire barbæ philosophicæ atq; tristitiæ. Sacrorum populi Romani sociæ) Albanæ aræ, vt arbitror, sunt in quibus fiebãt Latinæ Feriæ. nam Latinis populis ex Albano monte ex sacris carnẽ petere fuit ius cum Romanis: a quibus Latinis Latinę di-

Latinæ

dę,vt ſcribit M.Varro lib.de Lingua Latina primo.Quo pax inter Latinos Volſcos Hernicos & Romanos magis diuturna eſſet,Tarquinius Superbus conſtituit,vt certo quodam anni die Ioui Latiali ſacrificaret in excelſo monte,qui Albę Longę ſupereminet.Qui fere ab his populis ęqualiter diſtat,vt taurus ab his ciuitatibus communiter mactaretur,deinde ſingulæ aliud afferrent,aliæ agnos,aliæ caſeos,aliæ certam lactis menſuram,alię aliud.quæ Latinę Feriæ appellatæ ſunt.Latius ſcribit rem Dionyſius Halycarnaſſ.libro quarto,qui ad ſuam ætatem has ferias duraſſe dicit.Fuit autem tempore Augusti Cęſaris.Idem ſub finem ſexti libri ſcribit eiecto Tarquinio ſecundam diē adiectam,non multo poſt plebe recōciliata tertiam.Itaq; tres dies feriarū erant.Ideo ſocias & ęquales pop.Ro.dicit. Seræ,ſediuſtę tū) Nam vt ait Val.lib.j.lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira.tarditatemq́; ſupplicij grauitate compenſat.Eam ob rem finxit antiquitas deos habere pedes laneos ꝙ improuiſi & tardi ad pœnam accederent.Pulcher admodum Plutarchi in hanc rem liber eſt,qui inſcribitur de ſera numinis vindicta.Quint.lib.vj.de Amphibolia ſcribens,præclarum dicit,quum obijceret Miloni accuſator in argumentum factarum Clodio inſidiarum,ꝙ Bouillas ante horam nonam diuertiſſet,vt expectaret dum Clodiꝰ a villa ſua exiret & identidem interrogaret,quo tempore Clodius occiſus eſſet,reſpondet,ſero. Sacrarium Bonæ deæ) Miloni Lanuuium proficiſcenti circa horam nonam paulo vltra Bouillas rediens ab Aricia Clodius,prope eum locum in quo Bonę deæ ſacellum eſt, obuius factus eſt,vt ait Aſconius.Id autem certo dei numine non caſu factum eſſe videtur,ꝙ ipſa Bona dea violatæ religionis pœnas a P.Clodio repetiuerit. No.Marcellꝰ id religioſum eſſe dicit,quod homini ita facere non liceat, vt ſi id faciat, contra deorū voluntatem videatur facere:quo in genere,inquit,ſunt hæc, in ædem Bonæ deæ virum introire aduerſus myſtica. Vt non abſolutus) M.Cicero in oratione de reſponſis Aruſpicum de his ſacris violatiſq;,deq; abſoluto Clodio ſcribens,Fit,inquit,ei deę, cuius ne nomen quidem viros ſcire fas eſt.quam iſte idcirco bonam ducit,ꝙ in tanto ſibi ſcelere ignouerit.Non ignouit mihi crede,non niſi forte tibi ignotum putas ꝙ te iudices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum ,ſuo iudicio abſolutum , omnium condemnatum. Simile eſt in oratione Ciceronis in L.Catilinam & C. Antonium competitores,de Catilina repetundarum abſoluto.O miſer,inquit,qui non ſentias illo iudicio te non abſolutum,verum ad aliquod ſeuerius iudicium,ac maius ſupplicium reſeruatū. Iudicio nefario) id eſt quo nefaria libidinis mercede abſolutus eſt.Vel potius quod de re nefaria conſtitutum eſt.id eſt de ſacris Bonæ deæ violatis.

Necvero non eadem ira deorum hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam:vt ſine imaginibus,ſine cantu,ſine ludis, ſine exequiis,ſine lamētis,ſine laudationibus,ſine funere, oblitus cruore & luto,ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate,quam concedere etiā inimici ſolent, amburereretur etiam abiectus. Non fuiſſe credo fas clariſſimorum virorum formas illi te-

terrimo parricidæ aliquid decoris afferre, nec vllo in loco potius mortem eius lacerari, q̃ in quo vita esset dãnata. Dura mihi mediusfidius iam fortuna populi Romani, & crudelis videbatur, quæ tot annos illum in hanc rẽpublicã insultare videret, & pateretur. Polluerat stupro sanctissimas religiones: Senatus grauissima decreta perfregerat: pecunia se palam a iudicibus redemerat: vexarat in Tribunatu Senatum, omnium ordinum consensu pro salute reipublicæ gesta resciderat: me patria expulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos, coniugem meam vexauerat: Cnæo Pompeio nefarium bellum indixerat: magistratuum priuatorumq; cædes effecerat: domum mei fratris incenderat: vastarat Etruriam: multos sedibus ac fortunis eiecerat, instabat, vrgebat: capere eius amentiam ciuitas, Italia, prouinciæ, regna non poterant.

Sine imaginibus) De his ante diximus quæ in funeris pompa fiebant. Mortuos ad sepulturam prosequi oportere cum cantu, plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt, persuasione hac, q̃ post corpus animæ ad originem dulcedinis musicæ, id est ad cælum redire credantur. Author est Macrobius libro de sopnio Scipionis secundo. Sine ludis) Ludos in funere fieri solitos Homeri testimonio de Patroclo, & Virgilij de Anchisa docemur. In funere clarorum virorum pugnas gladiatorias apud Romanos fieri solitas in Ausonij Griphum scribimus. Exequias dicere videtur pro multitudine ea quæ funus exsequatur, id est comitetur. Priscus enim ille mos etiam nunc obseruatur, vt præcedat funus, sequatur multitudo, vt hac ratione admoneatur se ad mortem mortuum sequi. Donatus in Commentarijs in Andriam Terentij, Funus, inquit est pompa exequiarum. Et bene funus procedit, nos sequimur dixit, quasi post ipsum morituri, vnde exequiæ dicuntur. Vel exequias pro conuiuio eo quod fit in funere dicit. vt funerum fercula Plinius capi. x. libri. x. appellat. Inde exequiari pro conuiuari & epulari M. Varro dicit, Ipsum propter vix liberti semiatrati exequiantur. Author Nonius Marcellus. Exequias etiam in nota significatione intelligere possis. Sine lamentis) id est præficarum lamentationibus. Præfica enim mulier erat in funere planctuum princeps. Quum enim cuiusquam cadauer cremabatur turbæ circunstantis corona erat, quæ tandiu stabat respondens fletibus præficæ, quandiu consumpto cadauere & collectis cineribus dicebatur nouissimum verbum, licet, quod ire licet significet. Author est Seruius libro Commentariorum in Aeneida Virgilij sexto. Idem libr. ix. a funerea præficã distinguit, q̃ funerea mulier ea sit, ad quam funus pertinet.

Exequiæ.

Exequiari.

Præfica.

tinet.Præficâ vero planctuum princeps. Oblitus cruore)id est cruentatus. Etiam ini
mici) Vt Annibal M.Marcello,Cæsar capiti Cn.Pompeij. Amburéretur)id est se-
miustularetur. Formas)id est imagines virorum clarissimorum qui fuerunt in Clo-
diorum familia. Mortuũ lacerari)id est cadauer semiustulatum a nocturnis canibus
lacerari. Vita esset damnata)ducentis Senatuscõs.Clodium fuisse confixum diximus.

A iudicibus redemerat)In Clodij causa de incestu Plutarchus a Valerio dissidens Iu
dices fuisse corruptos pecunia dicit.Contra Clodium Cicero dixerat testimonium.
Quum absolutus Clodius Ciceroni exprobraret eius testimonium,cui Iudices nõ cre-
didissent:illud respõdit Cicero,Mihi,inquit,quinq; & viginti duces fidem adhibuerũt,
tibi vero.xxx.non crediderunt.te enim prius non absoluerunt,q̃ pecuniam acceperũt.

Omnium ordinum consensu)Decreta & acta de opprimenda coniuratione Catili-
Gesta. næ a Pub.Clodio Tribuno plebis rescissa fuisse significare videtur. Gesta) id est quæ
gesta erant.Ne gesta pro rebus gestis vt vulgus dicit intelligas. Bona diripuerat)Clo
dia illa lex erat,Velitis iubeatis,vt Marcus Tullius in ciuitate ne sit,bonaq; eius vt mea
sint? Eiecto Cicer.bona eius ita direpta fuerunt,vt argentum & supellectilem P.Clo-
dius,Piso & Gabinius Coss. valuas limina columnas,eorum satellites cęmenta & te-
cta asportauerint.Columnę marmoreæ ad Coss.alterius socerum,ex Tusculano aulæ
ornamenta,arbores cum villa ipsa translata sint,non eorum quidem bonorum cupi-
ditate,sed nefario quodam & crudeli Ciceronis odio. Domum incenderat)P.Clodius
Ciceronis,quum in exilio esset,domum Deę Libertati cõsecrauerat.Cicerone reuocato
populi Romani,Senatus,Pontificum sententia domus eius religione liberata est.Hæc
domus primum ædificata est pecunia publica authoritate Senatus.Deinde cõtra vim
nefariam P.Clodij S.C.mandatum Consulibus est,vt curarent,vt sine vi Ciceroni ædi
ficare liceret.Quum Clodius saxis & ignibus & ferro vastitatem intulisset,decreuit Se-
natus eos qui id fecissent,lege de vi teneri.Decreuit tertio Senatus frequentissimus,qui
Ciceronis domum violasset,contra rempublicã esse facturum. Id scribit Cic.de Respõ-
sis Aruspicum. Liberos,coniugem)Cicero in oratione pro domo sua ad Coss.& Clo-
dium verba faciens,Quid,inquit,vos vxor mea misera violarat,quã vexauistis,rapta-
uistis,omni crudelitate lacerauistis? Quid filia? cuius fletus assiduus sordes lugubres vo-
bis erant iucundæ,cæterorum omnium mentes oculosq; flectebant? Quid paruus fi-
lius? quem q̃diu absfui,nemo nisi lachrymantem confectumq; vidit? Quid fecerat? q
eum toties per insidias interficere voluistis? Domũ mei fratris incenderat is. Illa sunt
verba Ciceronis ex libro Epistolarum ad Atticum.iiij. Armatis,inquit, hominibus
ante diem tertium No.Nouembr.expulsi sunt fabri de area nostra. disturbata porticus
Catuli,quæ ex S.C.Consulum locatione reficiebatur, & ad tectum peruenerat.Q. fra-
tris domus primo fracta cõiectu lapidum ex area nostra,deinde inflammata iussu Clo-
dij,inspectante vrbe,coniectis ignibus,magna omnium hominum querela. Sedibus)
id est possessionibus.

Incidebantur iam domi leges,quæ nos nostris seruis addi
cerent.Nihil erat cuiusq̃,quod quidem ille adamasset,quod
non hoc anno suum fore putaret.Obstabat eius cogitationi

bus nemo, præter illum Milonem ipsum, qui poterat obstare. Cn. Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur: Cæsaris potentiam, suam potentiam esse dicebat: bonorum animos etiam in meo casu cōtempserat. Milo vnus vrgebat. Hic dii immortales, vt supra dixi, mentem dederunt illi perdito ac furioso, vt huic faceret insidias: aliter perire pestis illa non potuit. nunquam illum respub. suo iure esset vlta. Senatus credo Prætorem eū circūscripsisset. Ne cum solebat quidem id facere in priuato eodem hoc, aliquid profecerat. An Consules in Prætore coercendo fortes fuissent? primum Milone occiso habuisset suos Consules. deinde quis eo Prætore Consul fortis esset, per quem Tribunum, virum Consularem, crudelissime necatum esse meminisset? omnia possideret, teneret: lege noua, quæ est inuenta apud eum cum reliquis legibus Clodianis, seruos nostros, libertos suos fecisset. Postremo, nisi eum dii immortales in eam mentem impulissent, vt homo effœminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rempub. nullam haberetis. An ille Prætor, ille vero Consul, si modo hæc tēpla, atq; ipsa mœnia stare eo viuo tandiu, & Consulatū eius expectare potuissent, ille deniq; viuus mali nihil fecisset? qui mortuus vno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce, curiā incenderit? quo quid miserius? quid acerbius? quid luctuosius vidimus? templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput Vrbis, aram sociorum, portū omnium gentiū, sedē ab vniuerso populo Romano concessam vni ordini, inflammari, excindi, funestari: neq; id fieri a multitudine imperita (q̄q̄ esset miserū id ipsum) sed ab vno: qui cum tantū ausus sit vltro pro mortuo, quid signifer pro viuo non esset ausus? In curiam potissimū abiecit: vt eā mortuus incēderet, quā viuus euerterat. & sunt qui de via Appia querātur? taceant de curia? ecquando

ab eo ſpirante forum potuiſſet defendi, cuius non reſtiterit cadaueri curia? Excitate, excitate eum ſi poteſtis a mortuis: frãgetis impetum viui, cuius vix ſuſtinetis furias inſepulti? niſi vero ſuſtinuiſtis eos qui cum facibus ad curiam cucurrerunt: cum falcibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt. Cędi vidiſtis pop. Rom. concionem gladiis diſturbari, cum audiretur ſilentio M. Cælius Trib. pleb. vir fortiſſim9, & in ſuſcepta cauſa firmiſſimus, & bonorũ voluntati & auctoritati Senatus deditus, & in hac Milonis ſiue inuidia, ſiue fortuna, ſingulari diuina & incredibili fide.

Incidebantur) id eſt ſcribebantur, quos ipſe Prætor occiſo Milone tuliſſet. Hoc anno) quo Prætor eſſet. Reditu in gratiam) Clodium Pompeio fuiſſe reconciliatum antea Cicero ſignificauit, quum quod de lege Pompeij aduerſarij dixerant, Cicero diluit. Timuit, inquit, ne videretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Idem ſcribit Plutarchus in vita Catonis minoris. Circumſcripſiſſet) id eſt potentiam eius circunciſiſſet aut cohibuiſſet. Ne cum ſolebat quidem) Sententia eſt, cum priuatum Clodium Senatus circunſcribebat, nihil proficiebat: quantum igitur proficere poterit, quum erit Prætor? Eſt autem argumentum a minore ad maius. Deinde quis eo Prætore) id eſt ſi alij Coss. q̃ Scipio & Hypſeus fuiſſent, quis auſus fuiſſet eum Prætorem coercere, quũ ab eo Tribunitio virum Conſularem Milonem necatum crudeliſſime meminiſſet? Eſt autem argumentum a minore ad maius. Conſules) Hypſeus & Scipio. Tribunum) P. Clodium: qui Tribunus plebis fuerit. Niſi Tribunitium legere mauis. Conſularem) Milonem, Conſulatus candidatum, quem antea dixit Conſulem certiſſimum. Sex. Clodio duce) Qui Clodij corpus ex roſtris in curiam tulit: quod quum cremaret, arſit curia. Hoc curiæ incendio magis q̃ Clodij morte populus Romanus cõmotus fuit. Et Conſulatum eius expectaui) id eſt ſi Prætore Clodio non periſſent, nõ multum fuiſſet expectandum. nam paulo poſt Præturam Conſul fuiſſet, vt Cicero dicit in Rullum, & pro M. Cælio ſe Conſulem factum biennio poſt Præturam. Portum omnium gentium) Authore Cicerone in libro de Officijs ſecundo, Regum, populorum, nationum portus erat & perfugium Senatus. Templum) id eſt curiam.

Aram) id eſt perfugium. Spirante) id eſt viuo. Forum potuiſſet defendi) id eſt ſe defendere. Ad Caſtoris) vſitata eſt locutio hæc, quemadmodum ſi dicas, ad Caſtoris templũ. de ea in Progymnaſmatis ſcribimus. Quum facibus ad Caſtoris) de ea vi intelligit, quæ Marco Cęlio Tribuno plebis concionante facta eſt, de qua iam dicemus. Quum audiretur ſilentio) Milo redijt Romam, vt dixi nocte ea qua curia incenſa eſt. M. Cælius Trib. ple. in forum aduocauit concionem eorum præcipue, quos Miloni fauere putabat, vt his cauſam Milonis probaret. Ibique Milo præſens aderat. Loquente eo, reliqui Tribuni pleb. cum armata multitudine in forum irrumpunt. Cæ-

lius & Milo ſeruorum veſtimentis propere induti fugam capeſſunt. Strages immenſa exoritur. obuij omnes, qui in ea concione fuerant, hicq; præcipue qui habitu annuliſq; aureis ab alijs diſtare videbantur, paſſim necantur. Hi armati homines ſpe prædę, Milonis vero quærendi prætextu in alias domos vi irruunt, alias igni lapidibuſq; oppugnant. Hæc interciſe multum apud Appianum leguntur. vbi M. Cæcilius non M. Cælius legitur, quanuis eo anno Cæcilius Trib. pleb. fuerit: quia tamen M. Cælium Miloni fauiſſe maxime & Aſconius & Cicero dicunt, Cælium potius q̃ Cæcilium legendum putem. In ſuſcepta cauſa firmiſſimus M. Cælius pertinaciter obſiſtebat legibus Cn. Pompeij, quibus ferebat vt in hac cauſa eodem die actor & reus orarent, vt actori horæ duæ, reo tres eſſent. In Milonem enim priuilegium ferri, & iudicia præcipitari dicebat. Idem quum in rogandis teſtibus Clodiani tumultuarentur cum Milone a Domitio Quæſitore præſidium implorauit: vt ait Aſconius.

Sed iam ſatis multa de cauſa, extra cauſam etiam nimis fortaſſe multa. Quid reſtat? niſi vt orem, obteſterq; vos Iudices, vt etiam miſericordiam tribuatis fortiſſimo viro, quam ipſe non implorat: ego autem repugnãte hoc, imploro & expoſco. Nolite ſi in veſtro omnium fletu nullam lachrymam aſpexiſtis Milonis, ſi vultum ſemper eundem, ſi vocem, ſi orationem ſtabilem, ac non mutatam videtis: hoc minus ei parcere. Atq; haud ſcio, an multo etiam ſit adiuuandus magis. Etenim ſi in gladiatoriis pugnis, & infimi generis hominum conditione atq; fortuna, timidos & ſupplices, & vt viuere liceat obſecrantes, etiã odiſſe ſolemus: fortes, & animoſos, & ſe acriter ipſi morti offerentes ſeruare cupimus, eorumq; nos magis miſeret, qui noſtrã miſericordiam non requirũt, q̃ qui illam efflagitant: quãto hoc magis in fortiſſimis ciuibus facere debemus? Me quidẽ Iud. exanimant & interimũt hæ voces Milonis, quas audio aſſidue, & quibus adſum quotidie. Valeãt, inquit, valeãt ciues mei, ſint incolumes, ſint florẽtes, ſint beati: ſtet hæc vrbs præclara, mihiq; patria chariſſima, quoquo modo merita de me erit, tranquilla rep. ciues mei, quoniã mihi cũ illis nõ licet, ſine me ipſi, ſed per me tamen, perfruãtur: ego cedã, atq; abibo. ſi mihi rep. bona frui nõ licuerit, at carebo mala: & q̃ primũ tetigero bene moratam, &

Ciues mei.

liberã ciuitatẽ, in ea cõquiescã. O frustra, inqt, suscepti mei labores: O spes fallaces: O cogitationes inanes meæ. Ego cũ Trib. pleb. rep. oppressa me Senatui dedissem, quẽ extinctũ acceperã: equitibus Romanis, quorũ vires erãt debiles: bonis viris, qui oẽm auctoritatẽ Clodianis armis abiecerãt, mihi vnq̃ bonorũ præsidiũ defuturum putarã? Ego cũ te (mecũ enim sæpissime loquitur) patriæ reddidissem, mihi nõ futurũ in patria putarem locum? Vbi nũc Senatus est, quem secuti sumus? vbi Equites Rom. illi, illi, inquit, tui? vbi studia municipiorũ? vbi Italiæ voces? vbi deniq; tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox & defensio? mihi ne ea soli qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari? Nec vero hec Iud. vt ego nunc, flẽs, sed hoc eodẽ loquitur vultu, quo videtis. Negat enim, negat ingratis ciuibus fecisse, quæ fecisset: timidis & omnia circunspicientibus pericula, non negat.

Sed iam satis multa) Cõclusio est ex commiseratione. Iudices enim afficere conatur, vt Milonis miserti eum absoluant. Extra causam) vt quæ de vitijs Clodij, vt quę de corrupto iudicio Clodiano, de incestu, de Sex. Clodio. An multo sit adiuuandus magis) Hic fortem & constantem virum q̃ dicat Cic. id eius causę prodest plurimũ. Nam, vt ait idem in lib. Rhetor. i. Sæpe virtus & magnificentia, in qua grauitas & authoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, q̃ humilitas & obsecratio. Hominum infimi generis) i. seruorum. Seruare cupimus) M. Tul. lib. Tusc. Quæst. ij. qua ratione gladiatores seruari possint, ostendit. Gladiatores, inquit, aut perditi homines, aut barbari quas plagas perferunt? Quomodo illi qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, q̃ turpiter vitare? Œ sæpe apparet, nihil eos malle, q̃ vel domino satisfacere, vel populo? Mittunt enim vulneribus confecti ad dominos qui quærant, quid velint: si satisfactum his non sit, se velle decumbere. Hæc ille. Quum sibi satisfactum domini respondent, eos seruant. Quoquo modo) id est siue me damnabit siue liberabit. O frustra, inquit) in oratione iudiciali affectus auditorum quum in alijs partibus, tum vel maxime in conclusione mouendi sunt. Totis enim viribus concitandi sunt, vel ad odium eius quem accusamus, vel miserationem eius quem defendimus. Quintil. lib. v. his rebus perutiles esse dicit prosópopœias, id est aliarum personarum fictas orationes, quum videlicet orator litigatoris sui persona loquitur. Id enim magis multo afficit. Cicero, inquit Quint. quanq̃ preces non dat Miloni, eumq; animi præsentia potius cõmendat, accõmodauit ei tñ & verba, & cõuenientes etiã forti viro cõquestiones. O frustra, inqt, mei suscepti labores. O spes fallaces. O cogitationes meę inanes. Idẽ

lib.xi.In prosopopœijs,inquit,quum velut alieno ore loquimur,dandi sunt ijs quibus vocem accommodamus sui mores. Quę dignæ Milonis in peroratione ipsa voces eo viro,qui pro repub. seditiosum ciuem toties compescuisset? quiq; insidijs virtute superasset?) Republica oppressa)a Clodio & Consulibus. Me Senatui dedissem)Vsu sæpe veniebat,vt Tribuni pleb.Senatui aduersi essent. Abiecerant) id est perdiderant. Illi tui)quia equestri loco natus Cic. fuit. Nec vero hęc Iudices)Quint.lib.vi.de affectibus mouendis scribens,circa affectus mouendos summam esse dicit,vt moueamur ipsi.Nam luctus, inquit,& iræ & indignationis aliquãdo ridicula fuerit imitatio,si verba vultumq; tantum,non etiam animũ accommodauerimus. Iratum enim aut misericordem Iudicem facere si nitamur oportet,vt eadem & causa iratos nos aut misericordes Iudex ipse nouerit. An ille dolebit,quum audiet me,qui in hoc dicam nõ dolentem?irascetur,si nihil ipse,qui in iram concitat,simile patietur? An siccis agẽs oculis,lachrymas dabit?fieri nõ potest. Verę igitur Ciceronis lachrymæ tum erant,quum illud dicebat,Vt ego nunc flens,vt veras iudicum lachrymas arbitror,quum dixit Cicero,Nolite si in vestro omnium fletu &c. Circunspicientibus).i.prouidentibus. Timidis & omnia circunspicientibus)Si hic locus emendatus est,timidos intelligi puto eos qui Clodianorum vim & impetum metuerẽt,qui Clodio occiso ingrati nõ sunt, quippe quum agnoscant periculi,quo liberati sunt,magnitudinem.

Plæbem & infimã multitudinẽ,quæ P. Clodio duce fortunis vestris imminebat,eam quo tutior esset vita vestra, se fecisse commemorat,vt non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. Nec timet cũ plebem muneribus placarit,vos nõ cõciliarit meritis in rempub. singularibus. Senatus erga se beneuolentiam tẽporibus his ipsis sæpe perspectam, vestras vero, & vestrorũ ordinũ occursationes,studia,sermones, quemcũq; casum fortuna dederit, secũ ablaturũ esse dicit. Meminit etiã sibi vocem præconis modo defuisse,quam minime desiderat: populi vero cunctis suffragiis,quod vnũ cupierit,se Consulem declaratum: nũc deniq; si hęc contra se sint futura,sibi facinoris suspitionem nõ facti crimen obstare. Addit hęc quę certe vera sunt, fortes & sapientes viros nõ tã pręmia sequi solere recte factorum q̃ ipsa recte facta. Se nihil in vita nisi pręclarissime fecisse. si quidẽ nihil sit pręstabilius viro, q̃ periculis patriã liberare,beatos esse,quib⁹ ea res honori fuerit a suis ciuibus:

Meminit defuisse.

Virtutis pr̃miũ gloria

Gloriç vis

nec tamẽ eos miseros, qui beneficio ciues suos vicerint. Sed tamen ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium gloriã, esse hanc vnã, quæ breuitatẽ vitæ posteritatis memoria consolaretur: quæ efficeret, vt absentes adessemus, mortui viueremus.

Plebem & infimam multitudinem, (quę P. Clodio duce fortunis vestris imminebat) Id suspensiua sententia pronunciandum est: quale illud Virgilianum est, Vrbem quam statuo vestra est. Item illud Plauti ex Amphitryone, Naucratem quem conuenire volui, in naui non erat. Sententia igitur est, Milo plebem quæ P. Clodio duce imminebat fortunis vestris flexisse se non modo virtute sua, sed etiam liberalitate commemorat. Fecisse vt flecteret) id est flexisse. Cicero in libro de Senectute, Inuitus quidem feci, vt fortissimi T. Flaminij fratrem L. Flaminium a Senatu eijcerem, id est inuitus eieci. Hoc dicendi genus vt rarum ita elegans est. Nec placet ꝙ Sabellicus legat flexisse non fecisse. Virtute) id est fortitudine & animi magnitudine furiosis Clodij conatibus resistendo, etiã Clodium ipsum interficiendo. Sed etiã tribus suis patrimonijs) P. enim Clodio viuo Annius Milo consulatum petens multa in plebem largiebatur, vt Consulatui eius plebs suffragaretur. Clodio occiso magna quoqꝫ largitione vsus est ad animos populi sedandos. Hac se vsum liberalitate pro reipub. & ciuiũ salute Milo dicit. Idqꝫ artificiosum est, vt quod factũ criminari possit aduersarius, aut ꝙ improbe factũ suspicentur Iudices, id ita coloremus, vt honeste factum videatur. Occursationes) id est obuias salutationes. Sermones) id est famam. Vocem præconis) in comitijs Centuriatis, quum magistratus fierent adhiberi solitam dicit, qua vt arbitror candidati laudarentur. Comitia Centuriata, quibus fierent Coss. & Prætores, ante Clodij cædem sæpe habita, sed quia obnunciatum sit nihil esse perfectum Cicero scribit in lib. Epist. ad Atticum quarto. In quibus comitijs certissimum Consulem populi suffragijs Milonem sæpe esse declaratum etiam antea Cicero tum dixit, quũ narrauit, Quem comitijs Cẽturiatis magistratum pop. Ro. suffragio suo fecerat, eundẽ nisi suffragij poenitebat comitijs Curiatis confirmabat, vt ait Cicero in Rullum. Qui beneficio &c.) id est qui ciues parum gratos habuerit. Quæ breuitatem vitæ) In hãc sententiam illud Virgilij ex lib. Aeneidos x. est, Breue & irreparabile tempus Omnibus est vitæ: sed famam extendere factis, Hoc virtutis opus. Mortui viuerem⁹) Gloria quæ ex virtute parta est, ipsa vt virtus immortalis est. Hominesqꝫ facit immortales. De Scipione Lælius sub finem libri de Amicitia, Mihi, inquit, Scipio, quanquam est subito ereptus, viuit tamen semperqꝫ viuet. Virtutẽ enim semper amaui illius viri, quæ extincta nõ est: nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara & insignis. Nemo vnquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atqꝫ imaginem proponendam putet. Idem paulo post, Quarum rerum recordatio & memoria, si vna cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi viri atqꝫ amantissimi ferre nullo modo possem. Sed nec illa extincta sunt, aluntur qꝫ potius & augentur cogitatione & memoria. Idem multo ante

Gloria vera...

Quum plurima, inquit, & maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum præstat omnibus, quod bona spe prælucet in posterum, nec debilitari animos aut cadere patitur. Verumetiam iam amicum qui intuetur, tanquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent: & quod difficilius dictu est, mortui viuunt. Tantus eos honor memoria desiderium prosequitur amicorum. Hæc tam multa mihi visa sunt dicenda, quo facilius intelligeres mortuos gloria viuere.

Hanc deniq; esse, cuius gradibus etiam homines in cælum videantur ascendere. De me, inquit, semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur, nulla vnquam obmutescet vetustas. Quin hoc tempore ipso cum omnes a suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur, tamen omni in hominum cœtu gratiis agendis, & gratulationibus habendis, & omni sermone celebramur. Omitto Etruriæ festos & actos & institutos dies. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & vt opinor altera: qua fines imperii pop. Ro. non solum fama iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit. Quamobrem vbi corpus hoc sit, nõ, inquit, laboro: quoniam omnibus in terris & iã versatur, & semper habitabit nominis mei gloria. Hæc tu mecum sæpe his absentibus: sed iisdem audientibus, hæc ego tecũ Milo. Te quidem q̃ isto animo es, satis laudare nõ possum: sed quo est illa magis diuina virtus, eo maiore a te dolore diuellor. Nec vero si mihi eripueris, reliqua est illa tamen ad consolandum querela, vt his irasci possim, a quibus tantum vulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: non male aliquando de me meriti, sed optime. Nullum vnquam Iudices mihi tantum dolorem inuretis: etsi quis potest esse tantus? sed ne hũc quidem ipsum, vt obliuiscar, quãti me semper feceritis, quæ si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis, cur nõ id meo capite potius luitur, q̃ Milonis?

Cuius gradibus) Gloria ea quæ tuenda hominum salute parta est, faciliorem in cœlũ aditum præbere videtur. M. Cicero in lib. de repub. vj. Omnibus, inquit, qui patriam

conseruauerint,adiuuerint,auxerint,certus est in cælo & definitus locus,vbi beati æuo sempiterno fruuntur.Ciuitatum rectores & conseruatores ex cælo profecti,eodem reuertuntur.Eodem authore in oratione pro Q.Ligario,homines ad deos nulla re propius accedunt,q̃ salutẽ hominibus dando,vt ait Plinius cap. vi.libri secundi, Deus est mortalis iuuare mortalem,& hæc ad æternã gloriã via:hac proceres iere Romani.Hic est vetustissimus referendi benemerentbius gratiã mos:vt tales numinibus adscribãt, quod in primo quoq; libro Tusculanarũ disputationum Cicero testatur. Semper)id est etiam post vitã,& ita mortuus viuet. Subijciant)non subijciantur legendũ videt, vt ea sentẽtia sit,Qui Clodianos habebãt inimicos,occiso Clodio nullos ex his inimicos habuerunt:ego tamen solus inuidiam sustineo,propter hoc facinus quod omniũ inimicitias sedaui.Vel si subijciantur legere mauis,erit sententia,Quum omnes faces inimicitiarum in inuidiã meã cõijciantur. Etruriæ festos dies) Etruriam vt ante dixit,P.Clodius vexarat.Occiso Clodio festos dies Etruria instituit, in sempiternã facti memoriam.Mos enim veterum fuit,vt bene de se meritos diuina aliqua religione cõsecrarent,vt Syracusani festum diem beneficijs M. Marcelli debitũ reddiderũt,cumq; Marcellea appellauerunt,vt ait Cicero actione in C.Verrẽ.iiij.Ob singularem Q.Mutij innocentiã,qui Asiam administrauerat,in eius honorem Greci festum diem constituerunt,eumq; Mutia dixerunt,vt ait Asconius in Cõmẽtarijs in Actionem quartam in Verrem.Sacra Herculi in Italia ob cæsum Cacum instituta. Virgi.lib.viij.scribit.Significat igitur Milo festum diem iam actũ sibi & institutum in Etruria propter cædem Clodij. Tamen ad consolandũ)Tamen vel ociosa particula hic esse videtur. fortasse tantum legendũ est. Accepero)A.Gellius cap.ij.libri.xviij.significat dubiũ esse scripserim venerim legerim,cuius tẽporis verba sint,præteriti an futuri an vtriusq;.Hic certe accepero præteriti temporis esse videtur, contra Grammaticorum sententiam vt acceperim futuri sit temporis. Corpus hoc)id est meum.Vbi corpus hoc sit siue in vita,siue post mortẽ.Nã,vt ait Virgili⁹,Facilis iactura sepulcri est, vt inquit, ille,Nec tumulũ quæro,sepelit natura relicta.Theodorus Cyrenęus nihil sua interesse dicebat humi ne an sublime putresceret.Diogenes Cynicus inhumatum se proijci iussit.Anaxagoras moriens in patriam post mortẽ referri noluit, quod vndiq; ad inferos tantũdẽ viæ sit.De sepultura viro forti negligenda multa Cicero in libro Tuscul. Quæst.j. Vbi)id est siue in patria,siue extra. Hæc tu Milo mecum sæpe dixisti. Tu quidem)Prosopopœiæ imitatio est. Diuellor)id est separor, si abis in exiliũ. Nã quo maior virtus est inter amicos, eo maior amicitia est:quo aũt maior amicitia,eo absentia grauior est hæc. Sed amicissimi)Quum dicerent Milonis accusatores a Pompeio electos esse iudices,qui Ciceronis amici essent: respondit Cicero, vt paulo ante narrationẽ visum est,quum viros optimos legeret Pompeius, non potuisse facere,quin legeret amicos eius:se enim a republica cũ multis coniunctũ esse dixit. Inurere)Inurere dolorem alibi sæpe dicit Cicero,in Verrem Actione tertia.Cur hunc dolorem cineri eius atq; ossibus inussisti? Actione quarta,Videte iudices quantũ & q̃ acerbum dolorẽ sociorum atq; amicorum animis inusserint istius iniuriæ. Tuscul.ij. Propriũ est irati cupere a quo lęsus videatur,ei q̃ maximũ dolorẽ inurere.Idem pro P.Sestio, Vulnera inusta reipub. pro magnis reipublicæ incõmodis.De responsis Aruspicum. Inustum odium,pro insito & infixo.In Catilinã oratione prima,notam turpitudinis inustam

Inurere dolorem.

dicit. Quis potest esse tantus) quantus meus erit si Milo dānetur. Si in me aliquid offendistis) Id dicere videtur propterea q̄ magni alicuius viri, id est Ciceronis consilio P. Clodium necatum fuisse aduersarij dixerunt, vt ante dixit Cicero.

Præclare enim vixero, si quid mihi acciderit, prius q̄ hoc tantū mali videro. Nunc me vna consolatio sustentat, q̄ tibi o T. Anni nullum a me amoris, nullum studii, nullum pietatis officiū defuit. Ego inimicitias potentiū pro te appetiui: ego meū sæpe corpus & vitā obieci armis inimicorum tuorū, ego me plurimis pro te supplicem abieci: bona, fortunas meas, ac liberorum meorū in cōmunionē tuorū tēporū contuli. Hoc deniq; ipso die, si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deposco. Quid iā restat? quid habeo? quid dicam? quid faciam pro tuis in me meritis? nisi vt eam fortunam, quæcunque erit tua, ducam meam. Non recuso, non abnuo: vosque obsecro Iudices, vt vestra beneficia, quæ in me cōtulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis. His lachrymis non mouetur Milo, est quodam incredibili robore animi septus: exilium ibi esse putat, vbi virtuti non sit locus: mortem naturæ finem esse, non pœnam. Sit hic ea mēte, qua natus est, quid vos Iudices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis? ipsum eiicietis? & erit dignior locus in terris vllus, qui hanc virtutē excipiat, q̄ hic, qui procreauit? Vos, vos appello fortissimi viri, qui multum pro republica sanguinē effudistis: vos in viri, & in ciuis inuicti appello periculo Centuriones, vosq; milites: vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio presidentibus, hæc tanta virtus ex hac Vrbe expelletur? exterminabitur? eiicietur?

Occasum.

Robur animi.

Si quid mihi acciderit) id est si damner aut moriar. Vt in Philippica prima, Si quid mihi humanitus accidisset.. Dimicatio capitis) id est exilij periculum. Nam pœna capitali exilium quoque contineri scribimus in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. Deposco) i. in me conuerti postulo. His) i. meis lachrymis. Qua natus

est)id est quę ei a natura data est. Memoriam Milonis).i.præclari facinoris a Milone peracti. Vos appello fortissimi viri)Ad armatos milites:qui forum sepiebant verba dirigit. Hæc tanta virtus)id est vir tam fortis.

O me miserum, O me infelicem: reuocare tu me in patria Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdẽ retinere nõ potero? quid respondebo liberis meis, qui te parẽtẽ alterum putant? quid tibi Q. frater, qui nunc abes, consorti mecũ tẽporum illorũ? me non potuisse Milonis salutẽ tueri per eosdem, per quos nostram ille seruasset? at in qua causa nõ potuisse? quæ est grata gentib9. a quibus non potuisse? ab his qui maxime P. Clodii morte acquieuerunt. Quo deprecante me, quodnam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi Iudices? cum illa iudicia cõmunis exilii indagaui, patefeci, protuli, extinxi: omnes in me meosq; redũdãt ex illo fonte dolores. Quid me reducem esse voluistis? an vt inspectãte me expellãtur ii, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorem reditum esse, q̃ fuerit ille discessus. Nam qui possũ putare me restitutũ esse, si distrahor ab iis, per quos restitutus sũ? Vtinã dii immortales fecissent (pace tua patria dixerim: metuo enim ne scelerate dicã in te, quod pro Milone dicã pie) vt P. Clodius non modo viueret, sed etiã Prætor, Consul, Dictãtor esset, anteq̃ hoc spectaculum viderem. O dii immortales fortem, & a vobis Iud. conseruãdum virum. Minime, minime, inquit, immo vero pœnas ille debitas luerit: nos subeam9, si ita necesse est, non debitas. Hiccine vir patriæ natus, vsquam nisi in patria morietur? aut si forte pro patria, huius vos animi monumenta retinebitis, corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac Vrbe expellet, quem omnes vrbes expulsum a vobis ad se vocabũt? O terram illam beatam, quæ hunc virum exceperit: hanc ingratã, si eiecerit: miseram, si amiserit.

Concipere scelus.

O me miserum.) Docet Quintilianus lib.vj.miserationem Iudicum aliquando moueri a patrono ex persona litigatoris.Nonnunq̃,inquit,& ipse patronus has partes subit.Vt Cicero pro Milone,O me miserum,o me infelicem.Reuocare me tu in patriam Milo potuisti per hos:ego te in patria per eosdem retinere non potero.Maxime,si,vt tunc accidit,non conuenient ei qui accusatur preces.Nam quis ferret Milonem pro capite suo supplicantem,qui a se virum nobilem interfectum,quia id fieri oportuisset, fateretur? Ergo & illi Cicero captauit,ex illa praesentia animi fauorem,& in locum lachrymarum eius Milonis ipse successit. O me infelicem) In Quintiliani codicibus legitur,O te infelicem:sed in libr.xj.O me infelicem inuenias.Illic scribit illud,O me miserum,& flexa & circunducta voce pronunciandum,non tanq̃ inclamaret Cicero, aut detestaretur. Reuocare tu me in patriam) A maiori ad minus argumentũ. Per hos Iudices) qui sunt Senatores. Liberis meis) i.filię Tulliae & filio Marco. Quid tibi respondebo Quinte frater) Q.Ciceronis moeror & squallor incredibilis & inauditus propter fratris exilium,omnibus mortalibus miserabilis videbatur,vt pro domo sua Cicero dicit. Acquieuerunt) i.metu & curis omnino liberati sunt. Concepi) i.commisi,feci,peperi. Quum illa indicia) coniurationis Catilinae. Redundant ex illo fonte dolores) Nam ob coniuratorum supplicium in carcere sumptum,in exilium Cicero abijt.Studium reuocandi Ciceronis causa fuit odij inter Clodium & Milonem. Ex hoc odio cędes haec orta est,de qua est haec causa Milonis. Discessus) meus in exilium. Minime viueret) Praetor,Consul,Dictator esset.Inquit,Milo, Ille) Clodius.

Nos) id est ego & Milo. Animi monimenta) id est patriae liberationem,quae ab eius animi magnitudine facta est.

Sed finis sit:neq; enim prae lachrymis loqui possum, & hic se lachrymis defendi vetat. Vos oro obtestorq; Iudices,vt in sententiis ferendis,quod sentietis,id audeatis. Vestram virtutẽ,iustitiã, fidẽ(mihi credite) is maxime probabit,qui in iudicibus legendis optimum & sapientissimum quẽq; legit.

Sed finis sit.) Quintilianus libro.xj.de epilogi pronunciatione scribens,hunc locum commendat.Illa,inquit,mire facit in peroratione velut deficientis dolore & fatigatione confessio,vt pro Milone.Sed finis sit,neq; enim prae lachrymis iam loqui possum. Quae similem verbis habere debent etiam pronunciationem.Idem libro sexto de modo desinendi quum mouentur affectus scribit.Nunq̃,inquit,debet esse longa miseratio.Nec sine causa dictum est,Nihil facilius q̃ lachrymas inarescere.Nam quum etiam veros dolores mitiget tempus,citius euanescat necesse est illa,quam in dicendo effinximus,imago.In qua si moramur,fatigatus lachr.auditor,& requiescit,& ab illo,quem ceperat,impetu ad rationem redit.Non patiamur igitur frigescere hoc opus,& affectum,quum ad summum perduxerimus,relinquamus.Nec speremus fore,vt aliena quisq̃ diu ploret.Haec ille. Authore M.Cicerone in libro Rhetoricorum primo,Commotis animis diutius in conquestione morari non oportebit.Quemadmodum enim dixit Rhetor Apollonius,Lachryma nihil citius arescit.Idem in Partitionibus oratorijs hanc comiserationem breuem esse oportere dicit:Cito enim arescit lachryma.

præſertim in alienis malis. Is) Cn. Pompeius. ¶ Huius orationis diſpoſitionem iudicio Ciceronis atq; conſilio ſummo factum eſſe, Quintilianus in libro. vj. docet Primum, q̃ non ante narrauit, q̃ præiudicijs tribus Milonem liberauerit. Deinde q̃ inſidias a Clodio non a Milone factas oſtenderit, ideoq; earum inuidiam in Clodium verterit: quanquam re vera pugna fortuita fuerit. tum & cædem Clodij laudarit, & tamen voluntatem Milonis remouerit. Poſtremo, q̃ illi preces non dederit, & in earum locum ipſe ſucceſſerit.

FINIS.

Sub prelo Aſcenſiano ad Calendas Iulias
M.D.XXXIIII. Durante hoc priuilegio.



Autum eſt authoritate ſubregia, ne quiſquam Commentarios Franciſci Syluii Ambiani, in Orationem M. Tullii Ciceronis pro Milone triennio proximo rurſus in ampliſſimo Francorũ regno imprimere audeat, aut aliubi impreſſos in dicto regno venundare, aut quouis pacto diſtrahere, ſub pœna confiſcationis librorum ſic impreſſorum & arbitraria, prǽter eum cui imprimendos mandauit. Mandauit autem hos, & plures alios Iodoco Badio Aſcenſio, tradito diplomate, ſignato manu C. V. Pariſienſis Præfecti. De la Barre.

Gabrielis Godofridi Montiſbriſonii
Ad lectorem Carmen.

Quod Cicero praxis, Fabius quod prodidit artis,
  Et quod ab Auſoniis prodiit ante viris,
Syluius ecce tibi ſyluam congeſſit in vnam,
  Ludat vbi Clarii tota caterua dei.
Hanc tibi lector emas, mirum empta placebit: & alter
  Sic Cicero, ſic tu Quintilianus eris.